De Xenophontis Hierone dialogo quaestiones

Commentatio philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque ordinis in alma litterarum universitate Guilelma Guestfala Monasteriensi ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Carolus Watermann

Monasterii Guestfalorum
E typographeo Regensbergiano
MCMXIV

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Gerhardus Sehmidt
ordinis philosophorum decanus.

Ad ordinem philosophorum de comprobanda commentatione rettulit

Carolus Muenseher.

Patri et matris memoriae.

§ 1.

Nullius scriptoris libri magis in suspicionem vocati sunt quam ‹enophontei, quorum in numero vix unus est, qui dubitationes irorum doctorum non excitaverit: Anabasis iam ab antiquis, historia raeca a Grossero, Agesilaus et Cyropaediae epilogus a Valckenario, acedaemoniorum respublica a Demetrio Magnete, Atheniensium espublica a plerisque viris doctis, de reditibus libellus ab Onckenio, ergkio, Hagenio Xenophonti abiudicati sunt, ita tamen, ut librum, ui est de Atheniensium republica, esse suppositicium omnes fere onsentiant, de ceteris hominum doctorum sententiae valde discrepent. Ad has difficultates evellendas cum pauca conferre in nimo habeamus, quid de Hieronis libelli auctore, consilio, tempore t statuendum demonstrare conabimur. Difficultates satis magnae iiusvis generis, in quas hunc libellum legentes quasi incurrimus, ultas controversias inter homines criticos moverunt; nam nec de mpore quo sit scriptus, neque de auctore certi quicquam adhuc onstitutum est. Antiqui, qui libellum afferunt, nisi fallor, eum a enophonte compositum omnes tradunt, ut Athen. III 121 D; 144 C; 171 E; Diog. Laert. in vita Xenoph. II 57; Stob. ed. achsm.-Hense IV 1,236 et 305. Nostris quoque temporibus iamquam libellus a plerisque genuinus habebatur, tamen exstiterunt, ii Xenophontis auctoritatem in dubium vocarent. Primus eum ab o esse scriptum negavit W. Caspers[1]). Cuius sententiam est cutus F. Ranke[2]), qui, quamquam multa Xenophontea in Hierone alogo inveniri concedit, reliqua tamen a Xenophonte abiudicat. Sitzler[3]) ob verborum structuras, vocabula non pauca, quae pro oviciis habebat, ob personas, quae partes dialogi agunt, ob res, iae hoc libro tractantur, aetati multo recentiori libellum vindicavit. . Lincke[4]) denique res in hoc opusculo descriptas cum statu rei

[1]) De Xenoph. quae fertur Apologia, Progr. Recklinghausen 1836 p. 8.

[2]) De Xenoph. vita et scriptis, Progr. Berlin 1851 p. 25.

[3]) De Xenoph. qui fertur Hierone, Progr. Tauberbischofsheim 1874.

[4]) Xenoph. Hieron u. Demetrios von Phaleron, Philol. LVIII, 1899 p. 224 sqq.

publicae Atheniensium qualis fuisset aetate Demetrii Phalerei congruere ratus eius aetati, quin etiam eius nomini attribuit. Alii vero, ut O. Müller[1]) et T. Mommsen[2]), etiamsi Hieronem in Xenophontis scriptis numerant, tamen certi quicquam de libelli auctoritate dicere non audent. Quam ob rem quaestionem de integro tractare operae pretium fore speramus.

§ 2.

Priusquam autem Hieronem non solum a Xenophonte scribi potuisse sed potius esse Xenophontis argumentis et ex ipsius libelli materie petitis et e rebus tum gestis explicemus, pauca de huius libelli et verborum et particularum et praepositionum et pronominum usu atque verba conectendi arte disputare libet. Xenophontem enim prodere arbitror ipsum vocabulorum delectum et linguae simplicitatem neglegentiamque, qualem in hoc libello invenimus. Namque Xenophontem a reliquis illius saeculi scriptoribus Atticis distare nemo nescit, quod permultis locis vocibus aut omnino a nullo alio usurpatis aut poeticis, dialecticis, ab optimis denique scriptoribus alienis uti solet. Iam scriptores antiqui in Xenophontis operibus magnum numerum vocum ab usu illius aetatis scriptorum recedentium invenerunt, velut Hermog. π. ἰδ. II p. 406,15 Rabe: ἴδιον δὲ Ξενοφῶντος καὶ τὸ κατὰ ποσὰ διαστήματα χρῆσθαι ποιητικαῖς πως λέξεσιν πολὺ τῶν ἄλλων τῇ φύσει διεστηκυίαις λέξεων, ὥσπερ ὅταν λέγῃ πορσύνειν καὶ ὅσα τοσαῦτα; Phrynich. p. 89 Lob. ὀσμή, χρὴ λέγειν διὰ τοῦ σ. διὰ γὰρ τοῦ δ, ὀδμή, Ἰώνων· παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον, ὀδμὴ λέγων[3]); Pollux III 100: Ξενοφῶν δὲ ποιητικωτέρως; Galen. ad Hippocr. π. ἄρθρ. 68 (XVIII, I p. 414 sq. Kuehn): τροπικοῖς ὀνόμασι καὶ γλωσσηματικοῖς εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐννοιῶν χρῆσθαι, καίτοι πολιτικὴν ἑρμηνεύων ἑρμηνείαν, ὅμοιόν τι τούτῳ πεπονθὼς ὁ Ξενοφῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος εἴπερ τις καὶ ἄλλος ἑρμηνεύων πολιτικῶς, ὅμως παρεμβάλλει πολλάκις ὀνόματα γλωσσηματικὰ καὶ τροπικά. Helladius ap. Phot. bibl. cod. 279 p. 533 b 25 Bekker: εἰ δὲ καὶ Ξενοφῶν εἴρηκε τοὺς νομεῖς, οὐδὲν θαυμαστόν, ἀνὴρ ἐν στρατείαις σχολάζων καὶ ξένων συνουσίαις εἴ τινα παρακόπτει τῆς πατρίου φωνῆς;

---

[1]) Geschichte d. griech. Litt.[3] II 2, Stuttgart 1884 p. 111,2.

[2]) Griech. Praeposit., Berlin 1895 p. 367.

[3]) cf. W. Schmid, Der Atticismus I, Stuttgart 1887 p. 207.

Phot. lex. p. 25,24 sq. Reitzenstein: ὅλως πολλὰ τὰ γλωσσηματικὰ παρ' αὐτῷ; id. sub ἕως: Ξενοφῶν δὲ ἠὼς λέγει ποιητικῶς κατακόρως ἐν Κύρου παιδείᾳ (I 1,5), Oxych. Pap. VII p. 93, 1012 fr. F 12: (Ξενοφῶν) [ἐν τῇ πρώτῃ τῶν 'Ελλ]ηνικῶν 'αἰτιά[ζεται' καὶ 'αἰτι]αζόμενος' ἡμάρ[τηκεν (Hell. I 6,5; 12). Sed quamquam grammatici antiqui Xenophontis copiam verborum recedere ab usu illius aetatis cognoverunt, tamen multi de eius sermone falsa iudicaverunt atque sinceram Atticam eam esse putaverunt, velut Plut. de prof. in virt. 8 p. 79 d: τοὺς μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι χρωμένους διὰ τὴν λέξιν, ἕτερον δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικὸν ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένους κ. τ. λ. Diog. Laert. II 57: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας; Suidas (v. Xen.): Ἀττικὴ μέλιττα ἐπωνομάζετο. Horum grammaticorum antiquorum sententiam primus impugnavit C. G. Cobet[1]), qui secutus Fr. Haasium[2]) et C. G. Heilandum[3]) Xenophontem deserta civium suorum consuetudine formis verbisque Atticis, quae plurima extent, pauca Laconica et multa Ionica ex aequalium usu substituisse atque παρανομῆσαι μὲν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον, sed nusquam γλωσσηματικοῖς οὐδὲ ποιητικοῖς ὀνόμασιν χρῆσθαι putat. Sed quod ille Xenophontem plurima ex Attico sermone usurpasse censet, a Rauschio[4]) refutatum est multis argumentis allatis; tamen ipse quoque perperam iudicavit ratus Xenophontis linguam ex poetis solis pendere. Proximis demum annis factum est, ut de Xenophontis vocum copia recte iudicaremus. Accuratioribus inquisitionibus factis nunc Xenophontis linguae permulta vocabula cum scriptoribus recentioribus communia esse inter omnes constat. Ac primus quidem, nisi fallor, G. Sauppe[5]) multa Xenophontei sermonis propria in posterioris aetatis scriptis inveniri cognovit. Quod diligentius statuerunt W. Rutherford: Xenophons diction is an anticipation of the common dialect[6]); et A. Thumb: Die Hellenisierung der attischen Schriftsprache setzt jedoch schon mit Xenophon und Aristoteles ein: das ionische Wortmaterial, das die beiden aufnahmen, stammt gewiß in weitem Umfange aus der lebenden Sprache, d. h. aus der beginnenden

---

[1]) Mnemosyne, N. S. III 1875 p. 214 sqq.

[2]) Xenophon, de republica Lacedaemoniorum emend., Berlin 1833 p. 338.

[3]) Quaestionum de dial. Xenoph. cap. sel., Progr. Halberstadt 1844 p. 12 sqq.

[4]) Quaestiones Xenophont., Diss. Halle 1881; cap. I: de ratione, quae Xenophonti cum poetis Graec. intercedit, qui ante eum floruerunt, p. 9 sq.

[5]) Lexilogus Xenophont., Leipzig 1869.

[6]) The new Phrynichus, London 1881 p. 160.

Κοινή[1]); neque J. P. Mahaffy[2]), J. Wakkernagel[3]). O. Hoffmann[4]), J. Schlageter[5]), L. Gautier[6]) longe aliter senserunt.

Quoniam igitur de Xenophontis sermone plurima optime sunt explorata, de Hieronis libelli lingua satis certo iudicare possumus, utrum Xenophontis sit necne. Atque copiam verborum singillatim percensebimus, primo quidem vocabula, quae vel ex poetarum oratione fluxerunt vel ex Ionum dialecto sunt sumpta, tum autem enumerabo, quae sicut apud Xenophontem in Hierone plurimae leguntur, voces Atticas, quas postremo sequentur vocabula, quae apud recentiores scriptores inveniuntur, non apud Atticos.

Praesto sunt vocabulorum, quae praeter Xenophontem a poetis vel scriptoribus ionicis videntur usurpata[7]), haec litterarum ordine disposita:

ἀγάλλεσθαι VIII 5 (Ages. V 3 ac saepius in Xenoph. scriptis); Hom. Hes. Bacch. Hdt. Pind. Trag. Ar(istophanes); Thuc. III 62,1; Plat. Ps. Dem. IV 11.

ἀγχιτέρμων X 7; Trag. Lycophr.

αἶσχος VIII 6 (Cyr. II 2,29); Hom. Hes. Sol. Theogn. Trag. Plat. Aristot. (semel). Plut.

ἀλληλοφόνοι III 8; Pind. Aesch.

ἀξιοθέατος I 11 (usitatissima Xenophonti vox); Hdt. Plut(archus). Xenophontem amare nova vel substantiva vel adiectiva vel verba ita composita, ut simplices formas cum voculis quibusdam velut εὐ-, πολυ-, κακο-, δυσ-, παν-, aliis coniungat, H. Zurborg[8]) atque L. Gautier[9]) docuerunt. Eiusmodi compositorum vocabulorum exempla ne in hoc quidem libello desiderantur; habes haec: δυσχεραίνω VIII 6; δυσχερής I 36; εὐφραίνω I 8; 15; saepius (quod

---

[1]) Handb. d. griech. Dial., Heidelberg 1909 p. 379.

[2]) The progress of Hellenism in Alexanders empire, Chicago 1905; cuius notitiam debeo Christ-Schmid, Gesch. d. griech. Litt., München 1912[6] I p. 473,3.

[3]) Hellenistica, Univers. Progr. Göttingen 1907 p. 15 sqq.

[4]) Gesch. d. griech. Sprache I 1911 p. 151.

[5]) Der Wortschatz der außerhalb Attikas gefundenen att. Inschriften, Diss. Freiburg, p. 46, gedruckt in Konstanz 1911.

[6]) La langue de Xénophon, Genf 1911. Praeterea operum graviorum nomino haec: W. Sturz, Lexicon Xenoph., Leipzig 1801—04; F. Riemann, observationum in dial. Xen. specimen; Progr. Jever 1883; H. Zurborg, de Xen. libro qui πόροι inscribitur, Diss. Berlin 1874; H. Richards, notes of Xenophon and others, London 1907; Alios libros, ubi opus erit, in ipsis quaestionibus afferam.

[7]) Voces poeticas etiam apud Thucydidem et Platonem inveniri permultas inter omnes constat.

[8]) l. l. p. 20 sq.

[9]) l. l. p. 157.

verbum Xenophon maxime adamat); εὐτελής I 20 (adiectivum et adverbium satis frequenter ap. Xenoph.); εὐταξία IX 6; εὐμενής XI 12; μεγαλοπρεπής II 2 saep.; πολλαπλάσιος I 8; saep.; πολυτελής I 20; 24; εὐφροσύνη I 2; 18; 29[1]); εὐοπλία IX 6.

ἀργαλέος VI 4 (cf. θαρραλέος Cyr. Hell. An.; κερδαλέος Mem. Oec. Cyr. alibi[2]); Hom. Hes. Ar. Bacch. Eupol. 2,513 Mein. Menand. 4,191 Mein. Aeschin. I 61; Plut.

ἀφροδισιάζεσθαι III 4; passivum de femina dictum nisi hoc loco non legitur; de viro ap. Theopomp. fr. 195,28 Hunt et saep. ap. Aristot.; activo de viro utuntur Hippocr. Plat. Aristot. Xenophon Mem. I 3,14; IV 5,9; Symp. IV 38; Plut. Hoc verbum, quamquam in sermone pedestri solo legitur, quod ab ἀφροδίσιος voce poetica[3]) derivatum videtur, huc rettuli.

γεραίρω VII 2 (Cyr. Hell. Oec.; ἐπιγεραίρω Cyr.) Hom. Bacch. Pind. Aesch(ylus); Hdt. (semel); Ar. (semel); Plat. (semel); Ps. Plat. Epin. 980 B. Ps. Dem. 59,78.

δώρημα VIII 4; Hdt. Trag. Ar. Aristot. (semel). Substantiva in -μα finientia, quae omnibus temporibus apud omnes fere scriptores invenimus, Xenophon maxime adamat iisque libentissime usus est, ut pauca nova in linguam Graecam induceret[4]); in Hierone libello decies septies talia substantiva invenimus[5]).

ἐδωδή I 19 (Oec. VII 36 ἐδώδιμος); Hom. Hes. Plat. Aristot. Eubul. fr. 7 Kock; Theocr.

ἔκπαγλος XI 3; Hom. Hes. Pind. Trag. Apoll. Rhod. Theocr. Mosch.

ἐξεικάζω I 38 (Cyr. I 6,39); Trag. Ar. Equ. 230.

ἐπαφρόδιτος I 35 (Symp. VIII 15; ἀνεπαφροδιτοτέρα Symp. VIII 18 loco spurio); Hdt. Philem. Aeschin. Isocr. X 65; App(ianus); Plut.

ἐπιθύμημα I 23; IV 7; Antiphan. fr. 110 Diels; Hippocr. Plut.

ἐπιψεύδομαι II 16; Apoll. Rhod. Herond. Plut.

θᾶκος VII 2; 7; (Cyr. Symp.); Hom. (θῶκος); Hdt. (θῶκος); Trag. Ar. Plat. (bis).

θαλία VI 2; Hom. Hes. Archil. Bacch. Pind. Hdt. Xenophan. fr. 1,12 Diels; Trag. Ar. Plat. (semel); Theocr.

[1]) cf. p. 8.

[2]) cf. de vocibus in -αλέος finientibus Gautier p. 160.

[3]) cf. p. 8.

[4]) Cf. W. Nitsche in Bursian. annal. IX 1877 p. 27; E. Fraenkel, Griech. Denominativa, Göttg. 1906 p. 225 sqq.

[5]) cf. Gautier p. 159 sq.

κατακτείνω VI 14; VII 12 (An. Ages.); Hom. Hes. Bacch. Hdt. Trag. Heracl. fr. 56 Diels.

πάθημα I 36; V 1 (An. Cyr. Equ.); Hdt. Hippocr. Trag. Ar. Thuc. Plat. Aristot. Dion. Hal. ant. VIII 33.

πρόμαχος XI 12 (Mem. IV 3,8 loco spurio; προμαχεῖν Cyr. III 3,60); Hom. Stes. Pind. Hdt. Soph. Polyb. IV 12,6, ubi vetustissimi codd. habent προμαχομένοις, alii vulgo τοῖς προμάχοις praebent; Plut.

τεκνοποιός I 29; Hdt. Eur. Paus. Voce τέκνον pro παῖς Xen. saepe utitur[1]); praeterea cf. τεκνοποιεῖσθαι Mem. II 2,4; IV 2,22; 23; Oec. VII 19; IX 5 alibi; συντεκνοποιεῖν Mem. II 2,5; τεκνοποιία Lac. I 3; 4; 10; Mem. I 4,7. Gautier[2]) haec fere docet: Xenophonti usui sunt multae voces in -ποιός exeuntes; inveni has: ἀρτοποιός Cyr. V 5,39; ἀνδριαντοποιός Mem. II 6,6 saep. γελωτοποιός Symp. I 11; εἰρηνοποιός Hell. VI 3,4; θωρακοποιός Mem. III 10,9; λογοποιός Cyr. VIII 5,28; μηχανοποιός Cyr. VI 1,22 saep.; ὁδοποιός Cyr. VI 2,36; ὀψοποιός Cyr. V 5,39 saep.; σιτοποιός Cyr. VIII 5,3 saep. χοροποιός Ages. II 17; χρηματοποιός Oec. XX 15; quarum Xenophon non paucas finxit novas.

ὑπούργημα VIII 7; Hdt. Ant(iphon); Andoc. Plut.

ὑπουργία I 38; VII 6; Hippocr. Soph. Lys. fr. 113,5 Baiter-Sauppe; Ps. Plat. Aristot. Plut.

φαιδρός II 17 (An. alibi); Pind. Trag. Com. Dem. 18,323; φαιδρύνω (Xenoph.); Hes. Trag. Plat. Apoll. Rhod.; φαιδρότης Isocr. 15,133; Plut. Poll. Poet. rec.

ὠφέλημα X 3 (Ages. VII 2); Trag. Com. anon. IV 605 Mein. Ar. Plut.

Hactenus de poeticis vocibus et ionicis, quae sicut apud Xenophontem ita apud Hieronis auctorem mirum in modum inveniuntur; plurima autem opusculi vocabula sermoni Attico esse attribuenda exponere longum est; quam ob rem vocibus apud scriptores Atticos usitatissimis neglectis enumerabo ea vocabula, quae quamquam Attica a Sitzlero[3]), cum in aliis Xenophontis scriptis raro vel omnino non legantur, Xenophonti abiudicata sunt. Extant talium haec:

ἀγλευκής I 21; cf. Sitzlerum p. 16; (Oec. VIII 4 loco spurio); Epict. fr. 140 Kaib. Rhint. fr. 28 Kaib. Ps. Aristot. Theophr.;

---

[1]) cf. Gautier p. 56.

[2]) l. l. p. 157.

[3]) l. c. p. 12 sqq.

tamen hoc adiectivum atticum esse videtur, cum ap. Poll. IV 73 legamus; praeterea conferas, quae de hac voce scripserunt Sauppe[1]), Heiland[2]), Cobet[3]), Nitsche[4]).

ἀνεπιφθόνως VII 10; cf. Sitzl. p. 12; (cf. ἐπίφθονος Hell. VII 1,26 e coniect. Pluygersii; Symp. III 9; Cyr.); Thuc. Isocr. Plut.; adiectivum habes ap. Soph. Thuc. Plat. Isocr. Dem. Aeschin. Polyb.

ἀτίμητος IX 10: honore non dignus; cf. S. p. 14; Hom. Il. I 644; eodem adiectivo sed alia significatione utuntur oratores Attici, velut Isaeus, Dem. Aeschin.: ἀτίμητος δίκη lis non aestimata.

ἔδεσμα I 23; cf. S. p. 14; Isocr. Plat. Aristot.[5]).

ἐκτίνω VII 12; cf. S. p. 13 (Mem.); Hes. Hdt. Trag. Thuc. Lys. Isaeus; Dem. Aeschin. Plat. Polyb. (semel).

ἐμπορία IX 9; cf. S. p. 12; Hes. Hdt. Thuc. Isocr. Lys. Plat. Aristot. Dem. Polyb.

ἰδιωτεύω VIII 5; cf. S. p. 13; (Cyr. VIII 7,7; Hier. VIII 1 ἰδιωτεία; cf. Gautier[6]): le mot rare se trouve souvent dans le voisinage du mot dont il est dérivé). Isocr. Plat. Aristot. Aeschin. Polyb.

ἱπποτρόφος XI 5; cf. S. p. 12; Hes. Bacch. Pind. Dem. Plut. ἱπποτροφία (Oec.) Simon. Thuc. Lys. Plat. Aristot. ἱπποτροφέω (Ages. Hell. Hipparch.); Isocr. Lycurg. καθιπποτροφέω Isaeus.

νηποινεί[7]) III 3; cf. S. p. 15; Plat. (var. lect. νηποινί); νηποινί: Andoc.

πρόσρησις VIII 3; cf. S. p. 12; (cf. ἀντιπροσερεῖν Mem. III 13,1); Eur. Thuc. Ant. Plat. Aristot. Dem. Plut. Voces in -σις finientes Xenophontem adamavisse recte dicit Gautier[8]).

συμβόλαιον IX 6; cf. S. p. 15; Hdt. Trag. Andoc. Isaeus; Lys. Isocr. Plat. Aristot. Dem. Menand. Dion. Hal. Plut.

συμπαρακολουθέω VI 6; cf. S. p. 15; Isocr. Plat. Aristot. Aeschin. Theophr. Arr. Xenophon omnino mihi libenter usurpare videtur voces cum σὺν praepositione compositas, quarum sunt permultae decompositae[9]).

---

[1]) l. l. p. 1.

[2]) l. l. p. 7.

[3]) Novae lectiones p. 548.

[4]) l. l. p. 27.

[5]) cf. p. 5 de vocibus in -μα exeuntibus.

[6]) l. l. p. 154 sq.

[7]) cf. Meisterhans-Schwyzer, Gramm. d. att. Inschr. 1900^3 p. 147.

[8]) l. l. p. 159. Omnino de eiusmodi vocibus disputavit Fraenkel l. c. p. 233 sqq.

[9]) cf. Sauppe, l. l. p. 122 sqq. Sturz IV 162 sqq.

συναναγκάζω III 9; cf. S. p. 15; Eur. Isocr. Dem. Aristot. Polyb.

ὑπέρευ VI 9; cf. S. p. 16; Plat. Dem. Plut.

Quibus compositis nunc docere volumus auctorem libelli sicut Xenophontem „Vorläufer der Κοινή“ rectissime nominari posse. Nam in libello invenimus, sicut in Xenophontis operibus, permultas voces, quae apud Atticos oratores non leguntur, saepissime autem apud scriptores recentioris aetatis; en exempla:

ἀλκή IX 6 (Cyr. al.); Hom. Hes. Pind. Bacch. Hdt. Gorg. Trag. Thuc. Theocr. Polyb. Diod. Sept(uaginta); Plut. alios.

ἄλκιμος V 3 (Cyr. al.); Hom. Hes. Bacch. Pind. Trag. Ar. Plat. (semel); Philem. Polyb. Diod. Plut. alios.

ἀναλόω XI 1 (Hell. VI 2,13); Hippocr. Trag. Thuc. Dion. Hal. Paus. Artemid. Aristot. Themist. Dio Cass.

ἀντίβλεψις I 35; (ἀντιβλέπειν Cyr. Hell. Mem.); Plut.[1]).

τὰ ἀφροδίσια, res venereae I 26; II 1 al. (Cyr. I 6,34; Lac. II 13; singularis numerus saepe in Mem. Oec. Ages.) Pluralem praebent Pind. Plat. Polyb. Plut.; singularem habent Simon. Anacr. Soph. Com.[2]).

βιβρώσκω I 24 (cf. βρῶμα Mem. IV 7,9; βρῶσις Mem. I 3,15; βρωτός Mem. II 1,1; IV 2,31); Hom. Aesch. (semel); Soph. Com. ant. Aristot. Theocr. Polyb. Sept. Plut.

βιοτεύω IV 4 (passim ap. Xen.[3])). Pind. Hdt. Eur. Thuc. (bis); Isocr. XI 22; Plat. (semel); Aristot. Theophr. Sept. Plut.

γαυροῦσθαι II 15; Batrachom. Eur. Ps. Phocyl. Sept. Dio Cass. (cf. ἐπιγαυροῦσθαι Cyr. II 4,30).

δαπάνημα IV 9 (Cyr. Hell.) Isaeus; Aristot. Philem. Polyb. Sept. Diod. Plut.[4]).

δεσμεύω VI 14; VII 12 (Mem. Equ.); Hymn. Hom. Hes. Eur. Com. ant. Plat. (semel); Aristot. Sept. Plut.; δεσμός Hom. Trag. Thuc. Lys. Isocr. Plat. Dem. Polyb.

δωρεῖσθαι VII 9; VIII 7; (Cyr. al.); Hom. Hes. Pind. Trag. Hdt. Ar. (semel); Isocr. IV 26; Plat. Aristot. Sept. Plut.

εὐφροσύνη I 2; 18; 29 alibi (qua voce Xen. saepissime usus est[5]); Hom. Pind. Trag. Com. Plat. (semel); Mosch. Bion; Sept.

---

[1]) De vocibus in -σις finientibus cf. p. 7.

[2]) cf. van Herwerden, Lex. Graec. suppl. et dial. p. 137.

[3]) cf. Gautier p. 173.

[4]) cf. Schlageter, l. l. p. 46; de voc. in -μα finient. cf. p. 5.

[5]) cf. Gautier p. 160; 181; O. Immisch, d. Apologie d. Socr. N. J. I 1900 p. 411.

θάρρος X 5 (Cyr. al.) Hom. Hes. Pind. Trag. Thuc. Plat. Aristot. Aeneas; Polyb. Diod. Sept.[1])

καθαρεύω IV 4; Phrynich. fr. 15 Nauck; Ar. Plat. Dem. (semel); Aeschin. (bis); Polyb. Diod. Dion. Hal. Plut.

καλλωπίζομαι XI 2 (passim in Xen. opp.[2])); Ar. (ter) Plat. Aristot. Polyb. Sept. Diod. Plut.

κατακοσμέω XI 3; Hom. Ar. Plat. Polyb. Plut.

κρυφαῖος X 6; Pind. Trag. Plat. (dial. post.: Soph. Tim.); Sept. κρυφαίως Aesch. Plut.

λεηλασία I 36; (λεηλατεῖν Cyr. Hell.; sermonis communis est[3]); Apoll. Rhod. Plut.

λυμεών VI 6; Trag. Timoth. Pers. 81; Isocr. IV 80; VIII 141, ubi ex poetarum sermone sumptum videtur; Diod. Plut.

μεγαλύνομαι II 17 (Hell. al.); Sapph. Hippocr. Aesch. Eur. Thuc. Sept. Diod. Plut.

μεγάλως IV 5 (Cyr. al.); Hom. Hes. Hdt. Trag. Ar. Plat. Theocr. Polyb. Sept. Plut.

μειοῦν II 17 (Cyr. al.); Hippocr. Anaximand. fr. 11 Diels; Pythag. fr. 36 Diels; Plat. (semel); Aristot. Polyb. Diod. Sept. Plut.; μείωσις Hippocr. Polyb.

μιαιφόνος IV 4 (Cyr. Hell.); Hom. Trag. Hdt. Aristot. Sept. Plut. μιαιφονεῖν Eur. Plat. Isocr. XII 181; Dem. Diod.

πλουτίζω XI 13 (Cyr. Mem. al.); Trag. Timocles fr. 4 Kock; Sept. Plut.

ῥᾳδιουργέω VIII 9 (Cyr. al.); Apoll. Com. Dion. Hal. Plut. ῥᾳδιουργία (Xen.) Polyb. Diod. Plut.; ῥᾳδιουργός (Xen.) Aristot. Polyb.

συμπαρέπομαι VIII 5, de honoribus: τιμή τις καὶ χάρις συμπαρέπεσθαι δοκεῖ ἄρχοντι; (cf. Cyr. II 1,23 ἄλλαι τιμαὶ . . . . συμπαρείποντο; al.); Plat.; de praemiis Diod. Dio Cass.

συμπαρομαρτέω IX 8 (Cyr. Oec. Symp.); script. christ. Lucian.; παρομαρτεῖν Plut. Lucian.; ὁμαρτεῖν Hom. Hes. Theogn. Hippocr. Trag. Theocr. Callim. Apoll. Rhod. Nicand. Plut.

συνεπικοσμέω VIII 6; Aristot. Dion. Hal. Plut. Marc. Anton.

συνεπικουρέω III 2 (Cyr.); Diod. Sext. Emp.

τερπνός IV 1 (Mem.); Hom. θ 45 loco spurio; Pind. Trag. Com. ant. Lyr. ant. Democr. Thuc. Ar. Ps.-Isocr. I 21; Plat. Pol. Plut. τέρψις (Mem. Symp.); Hes. Heracl. Democr. Hdt. Hippocr. Gorg.

[1]) cf. de hac voce Wakkernagel l. l. p. 15.

[2]) cf. Gautier p. 190.

[3]) cf. A. Thumb, d. griech. Sprache im Zeitalter d. Hellenismus, Straßburg 1901 p. 215.

Trag. Thuc. Ps.-Isocr. I 16; 46. Plat. Com. Aristot. (semel); Polyb. Sept. Diod. Plut.; τέρπω (Mem. Symp. Ages.); Hom. Democr. Hdt. Gorg. Trag. Thuc. Isocr. (semel loco spurio XII 246); Plat. Aristot. Sept. Arr. Plut.

ὑπουργέω I 37; VII 9 (Hell. Ages.); Trag. Ar. (semel); Democr. Hdt. Hippocr. Thuc. Ant. (semel); Ps.-Isocr. I 31; Plat. (semel) Aristot. (semel); Polyb. Plut. Sept.

φόρημα VIII 10 (Cyr. Mem.); Trag. Ar. Aristot. Diph. Polyb. Plut.

χαρά I 25 loco spurio; VIII 4 (Cyr. Hell.); Democr. fr. 293 Diels; Gorg. Trag. Ar. Dem. (semel); Plat. Aristot. Polyb. Sept. Plut. Test. nov.

χαρμονή I 25 e Stobaei scriptura (Cyr.); Trag. Plat. (semel); Sept. Plut.

Adhuc de vocabulis ab Hieronis auctore usurpatis; ex verborum indice, quam praebuimus, satis colligi posse puto nihil obstare, quominus Xenophontem libelli auctorem statuamus; nam ut in illius operibus ita in hoc opusculo videmus auctorem, quamquam plurimas voces ex sermone Attico petivit, tamen non paucas ex poetarum lingua usurpavisse, praeterea non deesse voces, quas auctor Κοινῇ dialecto tunc temporis incipienti [1]) debebat.

Sed aliae mihi praesto sunt rationes, quibus Xenophontem esse libelli auctorem ut putem adducor; iam ad particulas transeamus, quarum usus haud exigui est momenti ad scriptorum scribendi consuetudines cognoscendas. Libentius quam vix ullus alius scriptor libelli auctor particulis μέντοι, τοίνυν, μήν utitur; quod non abhorret a Xenophontis consuetudine, quem has coniunctiones persaepe usurpavisse nemo nescit, postquam E. Naumann [2]) et A. Roquette [3]) omnia exempla collegerunt. Septies τοίνυν in Hierone habes: I 7; 28; 38; III 6; 8; IV 2; 11; quinquies μέντοι particula extat: I 24; 25; IV 8; VIII 1; IX 1. Persaepe sicut Xenophon auctor μήν particula utitur; extant exempla undecim:

ἀλλὰ μὴν — sq. καί: IV 1; 3; X 6.
ἀλλὰ μὴν — sq. οὐδέ: V 4.
καὶ μὴν — sq. γέ: VIII 6; IX 8.
γὲ μήν: VIII 7; X 5; 8; XI 13.
πῶς μήν: I 31.

---

[1]) cf. Schlageter l. l. p. 46.

[2]) De Xenoph. libro, qui Λακεδ. πολ. inscribitur, diss. Berlin 1876 p. 49.

[3]) de Xenophontis vita et scriptis, diss. Königsb. 1884 p. 35 sqq.

Quibus particulis coniunctis, quas alii scriptores Attici multo rarius praebent, Xenophontem saepissime esse usum primus animadvertit Haase[1]). Itaque cum aeque frequenter eae coniunctiones in Xenoph. opp. atque hoc in libello inveniantur, non habemus, quod a Xenophonte librum abiudicemus. Praeterea de his particulis agendum:

Xenophon ἔτι particulam adhibet saepissime res novas additurus[2]); in Hierone extat: I 29; II 2; V 3; VI 5; VIII 10.

οὐκοῦν vero particulam (IX 4; 6) et γοῦν (II 8; III 3; X 8) et αὖ (I 5; 29; 30; III 1; VI 14) apud neminem saepius leguntur quam apud Xenophontem[3]).

Multa mihi dicenda sunt de particulis coniunctis; conferas quaeso haec exempla:

ἔπειτα omisso δὲ saepe a Xenoph. usurpatur: II 11; VII 9; cf. Mem. I 2,1; III 11,14; Cyr. III 3,53; IV 5,20; Hell. IV 8,7; Ages. I 12; alibi.

μὲν omissum est, ubi δὲ aut corrigendi aut supplendi causa dicitur: I 18 ὥστε πρῶτον τῇ εὐφροσύνῃ . . . ἔπειτα δ' ἐκεῖνο . . . cf. An. III 4,41; VII 3,36; Cyr. III 2,12; V 2,5.

Interdum γε particulae μὲν vice fungi videmus: IX 7 τὸ πάντων γε χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ εἰθισμένον; cf. Hell. III 4,9; 5,10; 16; V 4,25, An. I 10,3.

μὲν positum, δὲ particula non sequente apud Xenoph. invenies in structurae quadam neglegentia: III 7; cf. Mem. II 6,1; Hell. III 4,9; VI 3,15; 4,20; Ages. V 6; alibi.

πρῶτον μὲν a scriptoribus in asserendis sententiis usurpatur; sed saepissime Xenophon accuratam particularum responsionem neglexit: I 11; III 1; VIII 3; XI 2[4]); nec tamen sprevit responsionem adhibere inferiores quasdam partes solitis particulis πρῶτον, ἔπειτα, ἔτι, aliis inducens[5]); in hoc libello exempla praesto sunt haec: I 18 πρῶτον . . . ἔπειτα (19); I 27 πρῶτον μὲν . . . ἔτι αὖ (29) . . . αὖ (30); X 4 πρῶτον . . . πρὸς δὲ τούτοις (5) . . . πρὸς δὲ τούτοις (6); XI 8 πρῶτον μὲν . . . ἔπειτα δέ.

---

[1]) l. l. p. 299.

[2]) cf. Gleiniger, de Xenoph. libello, qui πόροι inscribitur, diss. Berlin 1874 p. 55.

[3]) cf. Gleiniger l. l. p. 55.

[4]) cf. Naumann l. c. p. 42, qui accuratius hanc rem tractavit.

[5]) cf. Zurborg l. l. p. 24.

Repetit Xenophon negationem in iurisiurandi formulis: I 21 οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐ μὲν οὖν . . .; cf. Symp. IV 3; Oec I 7; Cyr. VI 3,10.

ὅσῳ comparativo nullo sequente invenies: X 2 ὅσῳ ἂν ἔκπλεα τὰ δέοντα ἔχωσιν, τοσούτῳ ὑβριστοτέροις . . . cf. Mem. I 3,13; VI 2,19; Cyr. VII 5,81. Sed legas, quae L. Breitenbach[1]) de hac re dixit.

ὅπως pro particula ὅτι post verbum dicendi λέγειν: IX 1 ὅπως ἐπιμελητέον, οὐ λέγω; cf. Cyr. III 3,20; Hell. VII 3,11.

ὅτι repetitur: I 23 εὖ οἶδ' ἔγωγε ὅτι . . . καὶ σύ που οἶσθα ὅτι . . . cf. An. VII 4,5; sic ὡς — ὅτι in Cyr. V 3,30; similia saepe ap. Xenoph.[2]).

οὐκέτι non item, non aeque: I 16 τοῦτο συγχωρῶ . . . ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐκ ἂν ἔτι πείσαις; II 14; cf. Mem. III 4,10; IV 4,20; Oec. XXI 11; An. I 10,12; Ages. II 26; Cyr. I 5,8; IV 3,4; alibi.

Libenter Xenophon utitur particulis καὶ ταῦτα coniunctis: I 13 ὀλίγα τῶν πολλῶν καὶ ταῦτα τοσαῦτα ὄντα; I 9; VII 8; IX 6 (II 2: καὶ οὗτος; cf. Ages. I 2; Mem. II 6,27); cf. Cyr. I 6,45; II 2,12; 16; V 3,30; Mem. I 2,29; III 7,2; alibi. Quibus particulis alii non tam saepe utuntur[3]).

Interdum verbo regenti ἅμα particula et participium postponuntur: II 17 ἀπολογεῖται ἅμα πράττων; cf. Cyr. I 4,25; alibi[4]).

καί γε quin, immo: VII 8 καὶ δῶρά γε διδόασιν; cf. An. III 3,5; Mem. IV 2,11; Oec. VIII 4; Apol. 20; Cyr. II 1,13 καὶ δῶρά γε ἦν διδῶσιν.

μὲν δὴ particulae coniunctae sunt frequentes ap. Xenoph.[5]), Hier. II 14 μέχρι μὲν δὴ τούτου.

πως aliquantum; cum comparativo iungitur: I 6 ταῦτα μᾶλλόν πως δοκῶ μοι ἀγνοεῖν; cf. Oec. XV 6; Cyr. II 1,25; An. III 1,43.

Interdum post τε repetitum sequitur καί: VII 9 ἀνὰ στόμα τε ἔχωσιν θεῶνται τ' αὐτὸν . . . ἑκόντες τε παραχωρῶσιν — καὶ ὑπανιστῶνται . . . καὶ στεφανῶσιν . . καὶ δωρεῖσθαι ἐθέλωσιν; cf. Ages. I 26; Cyr. I 1,2.

ἀλλ' οὖν — γε: II 9 ἀλλ' οὖν ἐπειδάν γέ . . . cf. Ages. II 21; Cyneg. II 1.

---

[1]) Xenophontis Hiero, recogn. et interpretatus est; Gotha 1847 p. 64.
[2]) cf. Sauppe l. l. p. 95.
[3]) cf. Gleiniger l. l. p. 54.
[4]) cf. Sturz I 150.
[5]) cf. Sturz l. l. III 113.

μέν γε: I 11 ἄλλα μέν γε ἐν ἄλλῃ χώρᾳ; VIII 9; cf. Symp. I 9; VI 7.

Particulae μὲν et δὲ iterantur: IX 2 τὸ μὲν — αὕτη μὲν — τὸ δὲ — ταῦτα δέ; cf. Oec. IV 8[1]).

ἀλλὰ μέντοι — γε: I 24 ἀλλὰ μέντοι . . . τῶν γε (ex Stobaei scriptura) πολυτελῶν ὀσμῶν; cf. Symp. I 12.

Hactenus de particulis; nunc dicam de praepositionibus. Xenophontem σὺν praepositione, quae ab Attici sermonis scriptoribus non adhibetur, persaepe usum esse iam diu compertum habemus[2]). In Hierone libello non invenitur nisi locis spuriis; nam II 12 σὺν ταῖς πόλεσιν lectionem veram non esse omnibus fere persuasum est; atque IX 8 σὺν τῇ ἀσχολίᾳ, ubi σὺν praep. in codicibus tradita est. praepositionem esse delendam infra (p. 32) intelleges; μετὰ praepositio contra quinquies coniuncta cum substantivo adverbii loco in libello legitur (I 25 μετὰ πόθου; I 25; 27; 29; 33). Sed cum hic usus non a Xenophontea consuetudine abhorreat[3]), non est, cur ea de causa de Xenophonte libelli auctore dubitemus. Quod autem attinet rariorem σὺν praepositionis usum, Xenophonti ob eam causam librum esse abiudicandum nego, cum casu hoc factum esse censeam.

Praeterea noli omittere in usu aliarum praepositionum Hieronis et Xen. operum consensum:

ἔχειν ἀμφί τι: I 12 οἱ τύραννοι οὐ μάλα ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν; cf. An. V 2,26; VII 2,16; Cyr. IV 2,35; 5,14; 6,1; V 1,30; 4,10; 5,44; Oec. VI 7.

παρέχειν ἀπὸ: X 3 ἀπ᾽ οὐδενὸς δοκεῖς παρασχεῖν ὅσα ἀπὸ τῶν μισθοφόρων; cf. Cyr. VIII 8,20. κτᾶσθαι ἀπὸ: VIII 2 ἀπὸ τῶν ἴσων κτᾶται χάριν; cf. Cyr. III 3,3; Vect. III 9. δαπανᾶν ἀπὸ: XI 1 ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων δαπανᾶν εἰς. Qui usus ἀπὸ praepositionis Xenophonti usitatissimus est[4]).

ἀπὸ praepositio coniuncta cum adiectivo pro adverbio ponitur: IV 10 ἀπὸ τοῦ δικαίου; cf. An. I 2,17; VI 4,18; Mem. IV 2,2; 4; Hell. I 7,32.

φόβος ἀπὸ: X 3 ὁ ἀπὸ τῶν δορυφόρων φόβος; cf. Cyr. I 1,5; III 3,53; VI 3,27.

---

[1]) Plura exempla ap. Kuehner-Gerth, Gramm. d. griech. Sprach. II³, Hann.-Leipz. 1904 p. 269 sq.

[2]) cf. Gautier p. 49; T. Mommsen l. l. p. 1 sqq.

[3]) cf. F. Westphal, d. Praepos. bei Xenoph., Progr. Freienwalde 1888 p. 19 sq.

[4]) cf. C. P. Schulze, quaestiones grammat. ad Xen. pertin. Progr. Berlin 1888 (Friedr. Werdersch. Gymn.) p. 12; qui permulta exempla affert: ζῆν, τρέφειν, βίος, βιοτεύω, πορίζεσθαι, χρήματα, ὠφελεῖσθαι, πρόσοδος, multa alia.

μέλει cum περὶ praepos. IX 10 ὅταν περὶ τῶν ὠφελίμων μέλῃ; cf. Cyr. IV 5,17; V 3,23; VII 1,20; Mem. III 6,10[1]).

τελεῖν εἰς: XI 1 εἰς τὸ δέον τελεῖσθαι; cf. Cyr. VIII 1,13; Oec. I 22.

XI 2: καθ' ἓν ἕκαστον σκοπῶμεν cf. Hell. I 7,19; 23; Ages. VII 1; Cyr. V 5,15; VI 4,5; Vect. IV 18; Cyneg. I 13; VI 24.

ἐκ τοῦ ἴσου: VIII 5 τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι; cf. An. III 4,47; Cyr. I 4,12; II 3,8; IV 3,16; Hell. II 4,16.

γίγνεσθαι ἐκ oriri: VII 8 αἱ τιμαὶ δοκοῦσιν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις γίγνεσθαι; cf. Cyr. II 1,6; An. II 5,2.

δαπάνη εἰς: IV 9 εἰς τὰ καθ' ἡμέραν et δαπ. εἰς τὰς τῆς ψυχῆς φυλακάς; cf. Vect. VI 1.

δι' ἑαυτοῦ suo ipsius arbitrio: IX 3 τὸ δὲ τὰ ἆθλα προτιθέναι δι' αὑτοῦ ποιητέον; cf. Oec. XIII 11; XXI 11; Equ. II 3; Hipparch. III 11[2]).

εἴργειν ἐκ: IV 5 εἴργειν ἐκ τῶν ἱερῶν; cf. Lac. III 1[3]).

IV 10: δι' ἔνδειαν κακόν τι μηχανώμενοι cf. Mem. IV 2,38: δι' ἔνδειαν ἀναγκάζονται ἀδικεῖν; praeterea: Mem. II 7,1; 10,2.

ἕνεκα praepos. saepius anteponitur: XI 10 ἕνεκα ἀσφαλείας; cf. Vect. III 1; Mem. IV 3,3.

ἐφιστάναι ἐπί: IX 5 ἄρχοντες ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ἐφεστήκασι; cf. Mem. III 5,21.

Adhuc de praepositionibus; iam perpauca dicam de pronominibus quibusdam rarioribus eorumque collocatione.

Usitata est apud Xenophontem ὁτιοῦν pronominis ellipsis; cf. I 13 δεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν[4]).

ἐκεῖνο pronomen a Xenophonte imprimis pro τόδε usurpatur atque spectat interdum ea, quae sequuntur[5]); in Hierone libello exstat: I 16 ἐκεῖνο οὐκ πείσαις ἄνθρωπον οὐδένα, ὡς . . . ὑμεῖς . . . εὐφραίνεσθε; I 19; II 2; VIII 2.

πᾶς saepe post nomen, ad quod spectat, ponitur: XI 14 τούτους πάντας; VI 14; cf. Hell. III 2,23; IV 8,16; VII 1,31.

ἕκαστος postponitur XI 2 καθ' ἓν ἕκαστον; cf. Cyr. V 5,15; VI 4,5; Oec. XIX 14[6]).

---

[1]) cf. Kuehner-Gerth I 367, 15.

[2]) Plura exempla ap. Sturz I 669.

[3]) cf. Kuehner-Gerth I 400, 2.

[4]) cf. Gleiniger l. l. p. 53.

[5]) cf. Gleiniger l. l. p. 53.

[6]) Plura exempla ap. Schulze l. l. p. 4 sqq.

αὐτὸς pronomen plerumque antecedit: I 24 αὐτοὺς ὑμᾶς; VII 9; VIII 5; cf. Symp. IV 27; Oec. VII 4; XV 1; XXI 4; 5; Cyr. VI 2,4; Lac. VIII 3; Hell. VII 4,11.

ὁ αὐτὸς et οὗτος pronomina saepe iunguntur: VII 9 οἱ αὐτοὶ οὗτοι; VIII 5; cf. An. I 1,7; Oec. XV 1; XXI 4; 5; alibi persaepe.

Pronomina inter se opposita Xenoph. saepissime coniungit: I 13 αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα; I 16 ἔγωγέ σοι; VI 3; VII 5; 9; X 4; XI 7[1]).

οὐδεὶς pronomen saepe separatur ab eo, ad quod attinet verbo[2]); cf. Hier. I 18 οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔχουσιν αἱ τράπεζαι αὐτῶν ἐπίδοσιν; praeterea I 23; 25; VI 3; VII 11.

οὗτος cum vi quadam illatum: I 17 τὸ γὰρ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς; I 21; 25; 32; cf. Ages. I 34; II 26; IV 4; An. I 6,9; saepius. Simili ratione hoc pronomen saepe ap. Xenoph. abundat post parenthesin[3]): IV 2 ὁπότε σιτίοις καὶ ποτοῖς πιστεύων διάγει, ἀλλὰ καὶ τούτων . . . τοὺς διακόνους . . . κελεύουσιν ἀπογεύεσθαι; IV 5; 6; cum Hier. VII 3 τούτῳ διαφέρειν . . . τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι cf. Oec. XIV 10 τούτῳ δοκεῖ διαφέρειν . . . . τῷ ἐθέλειν; Ages. VII 1; VIII 4; IX 6.

οὐδέν τι (germanice: in keiner Beziehung): I 28; II 18; cf. Oec. III 8.

Articulus iuxta deorum nomina in exclamationibus saepe omittitur: I 13 ναὶ μὰ Δία; VI 10; VIII 8; IX 7; X 2. At positus est: I 10; 16; 21; 32[4]).

Hactenus de pronominibus quibusdam, quae in hoc libello leguntur; nonnulla addam de verborum collocatione et structuris quibusdam rarioribus:

ἀγάλλεσθαι c. Part.: VIII 5 διαλεγόμενοι ἀγαλλόμεθα; cf. Ages. V 3[5]).

Superlativus pro comparativo gradu cum genetivo coniunctus: XI 7 πόλεων, ὧν ἐάν σὺ εὐδαιμονεστάτην τὴν πόλιν παρέχῃς; cf. Oec. XXI 7; Hell. V 1,4 loco spurio.

Abunde ἐπὶ est positum ad verbum γελᾶν: I 31 ἐπιγελάσας ἔφη[6]).

---

[1]) Exempla permulta collegit Schulze I. l. p. 4; cf. etiam Feddersen, de Xen. apol. Socr., diss. Jen. 1907 p. 13.

[2]) cf. Feddersen l. l. p. 14.

[3]) cf. Sturz III 365; Breitenbach l. l. p. 35.

[4]) cf. Schulze p. 16; Feddersen p. 15.

[5]) cf. Kuehner-Gerth II 53 sq.

[6]) cf. Schulze l. l. p. 11.

Genetivus partitivus nonnunquam inter articulum et nomen ponitur, id quod rarissimum est[1]); cf. Hier. IX 7 τοῖς εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν ἐρρωμένως τρεπομένοις; cf. Hell. VII 4,34; An. I 8,28; alibi. Unus vero genetivus partitivus semper traicitur, genet. πάντων, quod εὐφωνίας causa esse factum puto: IX 7 τὸ πάντων χρησιμώτατον[2]).

Pluralibus formis substantivorum „abstractorum", quas alii vitant, alii velut Isocrates usurpant, Xenophon saepe utitur[3]). In hoc libello persaepe habes: I 28 θεραπεῖαι, ὀργαί, λῦπαι; I 35; 38; IV 3; 4; 11; VII 6; IX 1 alias permultas.

Omittitur ὢν participium in verbis oculis aut mente percipiendi; huius quoque libelli auctor neglegit: XI 12 προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἄν; VI 3; cf. An. II 6,25; Hell. VII 4,8; Cyr. III 3,67; Oec. XII 19.

Hieronis auctor adiectiva vel comparativi vel superlativi gradus coniungere solet: I 8 πολὺ δὲ πλείω καὶ μείζω λυποῦνται; IV 7; 9; XI 5; 7; 15. Quod dilucide Xenophontem indicat, qui cumulare consuevit enuntiata comparativa et superlativa[4]).

Porro adiectiva comparativi gradus Xenophon libenter adhibet verbis usus ὅσῳ—τοσούτῳ[5]); cf. Hier. I 19; X 2.

Paulo longius dicendum est de adiectivis verbalibus, quae sermoni Attico eique vulgari attribuenda sunt; apud poetas epicos non nisi ap. Hesiodum theog. 310; scut. 144; 161 inveniuntur; contra saepissime ab Aristophane, Platone, Xenophonte usurpantur[6]). Atque in Hierone legis non pauca: ἀναγκαστέον VIII 9; ἐπιμελητέον IX 1 (Mem. al.); ἐπιτρεπτέον VIII 9; κολαστέον VIII 9; κωλυτέον VIII 9; ποιητέον IX 3 (An. al.); πρακτέον VIII 9; προστακτέον IX 3; φυλακτέον II 10 (Hipp. al.). Quae a Xenophonte saepe coacervantur; cf. Mem. II 1,28; Oec. VII 36; cf. Hier. VIII 9; πρακτέον, ἀναγκαστέον, κολαστέον, κωλυτέον, ἐπιτρεπτέον.

Verbo εὑρίσκειν participium e more Xenophonteo adiungitur: I 11 λογιζόμενος εὑρίσκω; cf. Cyr. VI 2,25; Hell. VII 4,2; Hipparch. V 11; Lac. IX 1.

---

[1]) cf. Kuehner-Gerth I 617 sq.

[2]) Exempla omnia ap. Schulze l. l. p. 10.

[3]) cf. Gleiniger l. l. p. 54.

[4]) cf. Naumann l. l. p. 38; H. Schacht, de Xenoph. stud. rhetor. diss. Berlin 1890 p. 19.

[5]) cf. Gleiniger l. l. p. 52.

[6]) cf. Kuehner-Blaß II 290.

διάγω cum adverbio de vita degenda dicitur: I 8 τῶν μετρίως διαγόντων ἰδιωτῶν; VII 10; cf. Cyr. IV 5,25; VII 2,27; VIII 6,22; saep.

ἅπαξ post ἐπεὶ et similia est idem quod διόλου vel παντελῶς: VII 11 οὔτε ἀφεῖτο, ὅσπερ ἅπαξ κτήσαιτο; cf. An. I 9,10; III 2,25; Hell. V 4,58; Hipparch. V 15.

ἀποδείκνυμι cum participio iungitur: VII 5 οἵαπερ τὰ ἀφροδίσια ὄντα ἀπέδειξα; cf. Hell. V 4,13.

εἶναι verbum cum alius verbi participio facit periphrasin illius verbi: XI 7 εὖ ἔσει νικῶν (sic cum Rich.); I 25; cf. Cyr. II 2,15; Oec. IX 3; Apol. 29.

τί κωλύει quidni; quid obstat, quominus: IX 5 τί οὖν κωλύει . . . περαίνεσθαι; cf. Oec. II 12; An. I 3,16; alibi.

ὅμοιος sequente τε—καί: VIII 2 ἂν τὰ ὅμοια ποιῶσι ὅ τε ἰδιώτης καὶ ὁ τύραννος; cf. Mem. III 4,3; IV 8,10; alibi.

Hier. I 9: τῶν δοκούντων . . . εἶναι et III 8 τῶν μάλιστα δοκούντων εἶναι, cf. Oec. VI 13 θεάσασθαι τὰ δεδοκισμένα καλὰ ἔργα αὐτοῖς εἶναι.

φύσει participium πεφυκὼς abunde additur: III 9; cf. Cyr. V 1,24; Oec. VII 28.

Hier. VI 9: πόλεμος φοβερόν, cf. Oec. VIII 41, στρατιὰ . . . ταραχωδέστατον; XX 10.

Hier. VII 2: οἱ παρόντες ἀεί, cf. Oec. VIII 7 τὸ κενούμενον ἀεί; praet. Oec. XVIII 5; XIX 19; Mem. I 1,10; 6,7; An. IV 1,7.

θεραπευσάτωσαν, δότωσαν VIII 4; imperativi in -τωσαν exeuntes ap. Xenoph. sicut ap. Thucyd. saepe leguntur; An. I 4,8; Cyneg. IV 3 sqq. Vect. V 5[1]).

Nunc vero afferam cuiusvis generis voces quasdam, quae et in Hierone et in ceteris Xenophontis scriptis inveniuntur.

Verba ἆθλα προτιθέναι saepissime a Xenoph. componuntur: IX 6; 7; cf. Hell. III 4,16; IV 2,5; Cyr. I 6,18; Vect. III 3; Equ. I 26.

τὰ γιγνόμενα (germanice: die Erfahrung): IX 3 μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα; cf. Equ. IX 7; Mem. IV 3,14[2]).

ἐπινοεῖν in animum inducere: II 2 μεγάλα ἐπινοεῖτε; cf. Cyr. VI 2,4; Ages. I 36; An. III 1,6; VI 4,9.

λαγχάνειν ὕπνου: VI 9 δείπνου καὶ ὕπνου λαγχάνομεν; cf. Cyr. II 1,24 (quibus locis codices etiam τυγχάνειν praebent); An. III 1,11.

---

[1]) cf. Meisterhans-Schwyzer l. l. p. 167.

[2]) cf. p. 21.

περαίνω verbum Xenoph. adamat[1]); alii hanc vocem raro praebent, alii omnino vitant; in hoc libello bis habes: IX 5 et 7.

Libenter usurpat Xenophon θαρρεῖν, θάρρος, similes voces[2]); extant in hoc libello haec: θαρρέω II 11; 18; XI 13; θάρρος X 5; θαρραλέως VI 9.

ἰσχυρῶς adverbii ut apud scriptores Atticos rarior usus est, ita ap. Xenoph. frequentissimus: I 33 πάνυ ἰσχυρῶς; cf. Lac. III 4; Oec. IV 4 sq.; XI 10; XII 2; XIII 1 et passim in Xenoph. scriptis.

ἀρξάμενος: I 10 (bis) ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως; et σέ δοκῶ με μεμνῆσθαι ἀρξάμενον λέγειν; cf. Cyr. I 2,16; 6,8; VII 5,65; Vect. V, 3.

ὑπολαμβάνω (sc. τὸν λόγον): VIII 1 ὑπολαβὼν εἶπε; VIII 8. Cf. An. II 1,15; III 1,27; 31.

ἐπιδιδόναι (sc. ἑαυτῷ): IX 7 ἡ γεωργία πολὺ ἐπιδοίη; cf. Oec. III 10; Cyr. I 4,12.

ἀθύμως ἔχειν πρός: VIII 1; cf. Hell. IV 5,4; VI 4,15; Mem. II 6,19.

λοιδορίας ἀνήκοοί ἐστε: I 14; cf. Mem. II 1,31 ἐπαίνου ἀνήκοος.

ἀφθονία τῶν ἀγαθῶν: V 4; cf. Oec. XIII 6.

διαιτᾶσθαι verbum refertur ad cibum: I 19 τῶν μετρίως διαιτωμένων; cf. Mem. III 14,7; Lac. VII 3; διαιτητήριον Oec. IX 4.

ἐγκρατῆ γίγνεσθαι: V 2; cf. Hell. VII 3,3.

κάλλιστα τὴν γῆν ἐξεργάζεσθαι: IX 7; cf. Oec. XX 22; 23; 26.

ἐρωτικῶς ἔχειν cum genet. habes: I 21 ἐρωτικώτατα ἔχειν τοῦ ἔργου τούτου; cf. Cyr. III 13,12; Oec. XII 15.

πεζῇ καὶ κατὰ θάλατταν: VIII 9; cf. Hell. V 1,31.

πολὺ . . . μάλιστα: I 28; cf. Cyr. VIII 3,11 πολὺ μᾶλλον.

παρακατατίθεσθαι verbum compositum Xenoph. adamat: I 12; cf. Hell. VI 1,2; 6; VII 4,1; Mem. IV 4,17; Symp. VIII 36; Equ. IV 1.

προπετῶς φέρεσθαι: VII 2; cf. Equ. VII 8.

συνεῖναι de re venerea: I 26; cf. Lac. I 5; Mem. III 11,1; Symp. IV 57 alibi.

τὸ ὑπερβάλλον: I 17; cf. Equ. X 14.

ὑπολογίζομαι rationem habere: VIII 6 τοῦτο ὑπολογίζεται; cf. Lac. X 7.

τὰ ἐπίκαιρα loca opportuna: X 5; cf. Oec. XX 9.

ἐν ἀνθρώποις (germanice: in der Welt) XI 7; 15; cf. Ages. VIII 6; Mem. II 3,14; 6,39; III 6,2.

---

[1]) cf. Sauppe l. l. p. 103.

[2]) cf. Gautier l. l. p. 187.

ψυχή et σῶμα opponuntur, quod dicendi genus Xenoph. adamat: cf. Lac. I 7; VII 4; An. III 3,20; Mem. I 2,19; 4,13; 5,3; 5; saep.; Oec. I 13; IV 2; V 13; Equ. III 7; in Hierone libello habes: I 5 διὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

ζημιοῦν et κολάζειν copulantur: IX 2; cf. Cyr. I 2,6; alibi; similia in Oec. IX 14; 15.

αἰσχρός adiectivum iungitur cum κακός: IV 10 κακόν τι καὶ αἰσχρόν τι μηχανώμενοι; cf. An. V 7,12.

ἄχθεσθαι et ἥδεσθαι verba opponuntur: I 4 ἡδομένους καὶ ἀχθομένους; cf. Hell. V 2,7.

λόγος et ἔργον substantiva a Xenoph. saepe opponuntur[1]); cf. Hier. VII 2 γεραίρουσι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις.

Iunguntur ζῷον et ἄνθρωπος substantiva: VII 3 ἡ φιλοτιμία οὔτ᾿ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ἐμφύεται οὔτ᾿ ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις; ib. δοκεῖ ἀνὴρ διαφέρειν τῶν ἄλλων ζῴων κ. τ. λ.; cf. Cyr. I 1,3; alibi; Mem. I 4,11; Oec. XV 4. In Anab. I 7,4 ἀνθρώποις cum virtutis significatione opponuntur ἄνδρες.

Hier. I 3: τί οὖν — οὐχὶ καὶ σὺ — ὑπέμνησάς με, cf. Cyr. II 1,4 τί οὖν — οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι; alia exempla, quae frequentissima sunt imprimis ap. Xenoph. et Plat., cumulaverunt Bornemann, ad Cyr. II 1,4; et Sauppe, ad Mem. III 11,15[2]).

IV 11: ἀναγκάζονται στράτευμα τρέφειν ἢ ἀπολωλέναι; similiter Oec. II 5 πολίτας δειπνίζειν καὶ εὖ ποιεῖν, ἢ ἔρημον συμμάχων εἶναι. Symp. IV 19.

Hier. IV 5: τοῖς τυράννοις καὶ τοῦτο . . . ἀνέστραπται, cf. Cyr. VIII 8,13 τοῦτο παντάπασιν ἀνέστραπται.

Hier. I 17: τὸ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον, τοῦτο ἔχει τὰς ἡδονάς, cf. Mem. I 3,6 τὰ λυμαινόμενα γαστέρας — ταῦτ᾿ ἔφη εἶναι; praeterea: Oec. XX 20; 21; Apol. 13.

Hier. IX 2: τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, ... τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν, cf. Cyr. I 6,17 τὸν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾶν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν τε καὶ κολάζειν; Oec. IX 15; alibi.

Hier. VI 12: τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν, — τοὺς δὲ ἐχθροὺς χειρούμεθα, cf. Mem II 1,19 ἵνα φίλους ἀγαθοὺς κτήσωνται ἢ ὅπως ἐχθροὺς χειρώσονται; praet. Mem. I 5,1[3]).

Adhuc de vocibus et structuris et vocabulorum collocationibus similibus, quae et in Hierone libello et in Xenophontis libris

[1]) cf. Sturz III 531.

[2]) vide Breitenbach l. l. p. 4.

[3]) De hac re cf. p. 41.

inveniuntur; nunc autem videamus de huius libelli auctoris dicendi arte: in universa autem consuetudine disputandi Xenophonteum genus cognoscimus, quod antiqui γένος ἀφελές appellabant Quamquam argumenta non aptissime sunt disposita, tamen ordine quodam conserta sunt neque luminibus dicendi neque figuris abstinent. Atque Hieronis libelli disputandi rationem omnino esse Xenophonteam docuit J. J. Hartman[1]), enumeratis libelli vitiis permultis, quae omnia ipsius Xenophontis esse ostendit, cum nihil esset tam absurdum, quod ab hoc scriptore exspectari non posset; praeterea ille vir doctus lumina orationis praeclarissima affert. Sed quae Hartman componit augeri posse puto, ac primo quid de formulis quibusdam et singulis dicendi consuetudinibus statuendum sit, videamus, tum quid de ornatu verborum collocatorum vel de figuris ornantibus et concitantibus.

Xenophontem simplicibus structuris assuetum haec indicant: Enuntiatum saepe insequentibus praecedit, quo quae sequuntur, significetur[2]): III 1 πρῶτον τοῦτο ἐπισκεψώμεθα; VI 1 βούλομαι δηλῶσαι; similia legis: I 3; 10; V 1; VIII 1; 2; XI 2.

Ad argumentandi rationem confirmandam Xenophon e more Socratico omnium consensum appellat[3]): I 21 ὡς πολλοῖς ἂν δόξειεν; I 29; 38; X 4.

Neque aliter ac Xenophon Hieronis auctor versatur in dubitationibus aut inducendis aut refellendis: aliorum obiectiones condicionali forma inducit[4]): IV 6 εἰ δὲ σὺ οἴει ὡς πλείω ἔχων . . . εὐφραίνεται, οὐδὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἀλλὰ . . .; I 13 εἴποις οὖν ἂν ἴσως σύ, ἀλλ' ἄρα μένουσιν. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὀλίγα πωλεῖται; III 6 εἰ δὲ βούλει εἰδέναι ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπίσκεψαι; praeterea: VI 12; IX 11. Cum vi quadam ἔγωγέ φημι scriptum est: IX 3; XI 6; 7; quod in Hipparch. saepe legis: I 16; II 2; VIII 11.

Ut suam ipsius sententiam dicat, Xenophon libenter usurpat structuram, qualis est: πῶς μὲν . . ., εἰ vel ὅς[5]); cuius dicendi usus in hoc quoque libello praesto sunt multa exempla: IV 1 ἀλλὰ μὴν καὶ πίστεως ὅστις ἐλάχιστον μετέχει, πῶς οὐχὶ μεγάλου ἀγαθοῦ μειονεκτεῖ; praet. I 9; 36; III 9; IV 10; VI 13; VIII 7; X 8.

---

[1]) Analecta Xen. nova, Lugd. Bat. 1889 p. 236 sqq.

[2]) Exempla permulta ex ceteris scriptis Xenophonteis collegit Naumann l. l. p. 31 sq.

[3]) cf. Naumann l. l. p. 36; E. Richter, Jahrb. für klass. Philol. Suppl. XIX 1893 p. 120 sq.

[4]) Similes structuras ex Xenoph. operibus cumulaverunt Naumann p. 33; Zurborg p. 26.

[5]) cf. Richter c. l. p. 119.

Urbane dicitur a Xenoph. δοκεῖν verbum[1]): I 4 δοκῶ μοι καταμεμαθηκέναι; II 7 μέγα δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι; II 17 δοκεῖ καλὰ εἶναι. Praeterea I 10; 27; II 1; 5; III 4; IV 9; V 2; VI 5; VII 4; VIII 1; X 1; alibi persaepe.

Captandae consensionis causa ab iis proficiscitur Xenophon, quae facta neque dubia sunt[2]): IX 3 ὡς δὲ ταῦτα καλῶς ἔχει, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα.

Quae rationis confirmandae causa ponuntur voculae: ὡς ἔοικεν, εἰκότως, similes[3]), in hoc libello extant: VII 2 ὑμεῖς, ὡς ἔοικε, τοσαῦτα; VII 8 εἰκότως ἂν νομίζοιτο; VII 4; X 5.

Saepe Xen. sententias illustrat comparandis aliorum hominum moribus[4]) et institutis: aeque Hieron tyrannus labores et sua ipsius pericula describit comparatis hominis privati voluptatibus; vide exempla praestantissima: I 11 sqq. ἐπὶ δὲ τούτων ἕκαστα οἱ μὲν ἰδιῶται . . ., οἱ δὲ τύραννοι . . .; II 15—18 αἱ μὲν γὰρ πόλεις . . ., ὁ δὲ τύραννος . . .; VI 2 sqq. ἐγὼ γὰρ συνῆν, . . . συνῆν, . . . διῆγον . . . παρόντων. νῦν δὲ ἀπεστέρημαι . . . τοὺς ἑταίρους, ἀπεστέρημαι κ. τ. λ. praeterea: I 37 sq.; II 8; IV 3 sqq.; VII 10; alibi persaepe.

Simplicitatem quandam atque neglegentiam in iisdem fere vocabulis brevi spatio interiecto repetitis agnoscimus[5]); cuius rei in hoc libello exempla habes satis multa: I 2 sqq. ἰδιώτης et ἰδιωτικός; I 7 sq. διαφέρει; I 8 εὐφραίνομαι; I 11 θέαμα; I 14 ἀκρόαμα; I 18 ἑορτή; I 29 ἀφροδίσιος; I 30; 31 ἔρως, ἄπειρος; I 37 sq. ὑπηρετέω; IX 1 ἐπιμέλεια. Quem numerum, si voles, facile augebis. Attamen Xenophontem voces variare conatum esse nuper Gautier[6]) luculenter docuit; in hoc opusculo eiusmodi exempla non desunt: I 8 λυπηρὰ ἔχει — λυποῦνται; I 11 θέαμα — θεωρία; I 14 ἀκοή — ἀκρόαμα; IV 1 ἡδύς — τερπνός; II 10 τεῖχος — ἔρυμα (idem in Vect. IV 43 sq. legis); XI 11 φιλέω — ἐράω. Synonymorum usus etiam Hieronis libelli auctori, sicut Xenophonti[7]), non ignotus fuisse videtur; atque eorum studium apparet imprimis e locis

---

[1]) cf. Gleiniger l. l. p. 58.

[2]) cf. Naumann l. c. p. 36.

[3]) cf. Naumann p. 38.

[4]) cf. Richter l. c. p. 121.

[5]) cf. Naumann p. 37.

[6]) l. l. p. 122.

[7]) cf. Gautier p. 120 sqq.

IV 1 ἡδύς — τερπνός[1]) et XI 11, ubi φιλέω discernit ab ἐράω verbo, quod significat „vehementius amare“.

Οἶμαι verbum a Xenophonte saepissime extra verborum ordinem ponitur[2]); in hoc libello extat: I 34 παρὰ δὲ παιδικῶν βουλομένων ἥδισται οἶμαι αἱ χάριτές εἰσιν; et VII 8. Contra I 3 et I 24 οἴομαι δύνασθαι δηλοῦν et οἴομαι ἀπολαύειν.

Xenophon sententias saepe ab verbis ὁρῶ δέ, ὁρῶ ἔγωγε, οἶδα, similibus orditur. Extant exempla in hoc libello haec: I 2 οἶδα δὲ . . . ἔγωγε καὶ ἰδιώτην γεγενημένον καὶ νῦν τύραννον ὄντα; I 17; II 1; 6; VII 10; cf. Mem. I 2,19; 21; Equ. VIII 19; alii loci.

Initium unde sumatur a Xenophonte non raro dicitur[3]); extat haec forma dictionis in libello ter: I 10 (bis) ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως; VIII 2.

Simplicitatem atque iucunditatem inaffectatam, quam Quintilianus inst. orat. X 1,82 Xenophonti addicit, cognoscis in infinitivis ab adiectivis εἰκός, ῥᾴδιον, χαλεπόν, similibus pendentibus, quod genus dicendi vix quisquam alius libentius Xenophonte usurpat[4]); in hoc libello habes I 1 et 2 εἰκὸς εἰδέναι; II 15 ῥᾴδιον εἰπεῖν; II 16 χαλεπὸν εὑρεῖν; II 5; VI 11.

Ab admiratione quadam profectus Xenophon saepe cogitationes movebat scrupulo iniecto[5]); cf. in Hierone: I 6 οὐδὲν ἴσως τοῦτο θαυμαστόν, εἰ; II 5 τὸ ἀγνοεῖν . . . τοῦτο δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι; II 3; VIII 1.

Zurborg[6]) recte animadvertit Xenophontis libros plurimos aut universali quadam desinere sententia prolata, quae toti disputationi quasi cumulum addat eorumque quae disseruit summam reddat, aut ita ut iis, quae dixerat, paucis comprehensis breviter se finem enarrationis facere dicat. Illius generis exempla enumerat ille Oeconomicum, de venatione librum, Hipparchicum de reditibus libellum, convivium, de re equestri opusculum. Quod non desideratur in Hierone libello; nam praestantissima est peroratio (XI 11 sqq.), qua breviter recensentur gaudia, quibus frui rex potest, quem amant cives.

---

[1]) Quarum vocum usum Xenophon a Prodico petivit; cf. H. Mayer, Prodicos v. Keos u. d. Anfänge d. Synonymik, Rhetor. Stud. ed. E. Drerup, Paderborn 1913 p. 22 sqq.

[2]) cf. Gleiniger l. c. p. 53.

[3]) cf. Naumann l. l. p. 33.

[4]) cf. Naumann p. 38; Gleiniger p. 53.

[5]) cf. Naumann p. 36.

[6]) l. l. p. 23.

Etiam inconstantia orthographiae significat scriptorem imperitum et neglegentem: habes nonnulla etiam brevissimo intervallo interiecto iuxta se posita: IV 6 πλείω — κρείττονες — ἥττους — πλείω — ἐλάττω; VI 2 ξυνῆν — συνῆν[1]).

In rebus similibus proferendis similes reddit sententias, quam concinnitatem saepe apud Xenoph. habemus[2]); in Hierone eiusmodi exempla sunt haec: XI 2—5 οἰκίαν πρῶτον ὑπερβαλλούσῃ δαπάνῃ κεκαλλωπισμένην μᾶλλον ἡγεῖ κόσμον σοι παρέχειν . . ., ὅπλοις δὲ πότερον . . ., προσόδους δὲ ποτέρως . . .; ποτέρως ἂν δοκεῖς . . ., νικᾶν δὲ πότερα . . .; Simile quid habes VIII 3 sq.; XI 13.

Haec habui, quae de Hieronis libelli dicendi consuetudine structurisque quibusdam dicerem, atque ad auctoritatem Xenophontis tuendam nonnulla me attulisse puto. Nunc de orationis ornamentis dicamus; neque enim omnibus luminibus dicendi aut figuris elocutionis Xenoph. opera carent; suavitatem quandam excellentem illius scripta prodere iam antiqui cognoverunt[3]). Ac recentiore aetate haec accuratius statuerunt E. Norden[4]), F. Wissmann[5]), H. Schacht[6]) W. Seyffert[7]). Atque J. Hartman[8]) in Hierone libello, quamvis e more Xenophonteo multis obscuritatibus vitiisque sit refertus, tamen pulcherrimos quosdam locos luminaque orationis inesse docuit. Tamen quae ille protulit, augeri posse puto, atque, cum Xenoph. opera figuris non carere compertum habeamus, in hoc libello inveniri permultas ostendam.

Omnium figurarum ap. Xenoph. frequentissima est A n a p h o r a[9]). In Hierone libello invenimus haec exempla: I 35 ἡδεῖαι μὲν αἱ ἀντιβλέψεις, ἡδεῖαι αἱ ἐρωτήσεις, ἡδεῖαι αἱ ἀποκρίσεις (etiam homoeoteleuton hoc loco extat); praeterea I 4; II 2; 15; III 2; 8 (homoeot.). IV 1; 3; V 1; 2; VI 2; 3; 4; aliis locis permultis.

I n t e r r o g a t i o aeque frequens est in dialogis Xenophonteis[10]);

---

[1]) cf. Sauppe l. l. p. 99; Meisterhans-Schwyzer l. l. p. 151.

[2]) cf. Naumann l. c. p. 37.

[3]) cf. p. 3.

[4]) Antike Kunstprosa I, Leipz. 1898 p. 101 sq.

[5]) F. O. Wissmann, de genere dic. Xenoph., diss. Gießen 1888.

[6]) cf. p. 16,4.

[7]) W. Seyffert, de Xenoph. Agesilao quaestiones, diss. Göttg. 1909 p. 43sqq., qui in Agesilao panegyrico ornamenta permulta inveniri docuit.

[8]) l. l. p. 250sqq.

[9]) cf. L. Radermacher, Rhein. Mus. 51, 1896 p. 608. Exempla e Xen. scriptis collecta vide ap. Sauppe l. l. p. 19; Wissmann l. c. p. 14.

[10]) cf. Radermacher l. l. p. 608,3; Wissmann p. 17.

etiam in Hierone tam saepe occurrit, ut exemplis opus non sit, nisi quod erotemata aliquot notamus insigniora: VIII 3—4 ἐν τούτῳ τὴν ποτέρου νομίζεις . . ., τὸν ποτέρου . . . εὐφροσύνην; . . . τὴν παρὰ ποτέρου . . . τυγχάνειν; . . . οὐκοῦν τοῦτο σαφὲς ὅτι . . . μεγίστην; . . . οὐ καὶ ἐν τούτῳ σαφὲς ὅτι . . . δύνωνται; simil. X 6—8; XI 2—5; alibi.

Metaphoris delectari Xenophontem docuit Schacht[1]); cf. in hoc libello: VI 2 θαλίαις τὴν ψυχὴν συγκαταμιγνύναι; II 4 κτήματα . . . ἀνεπτυγμένα θεᾶσθαι; I 22 τὰ τούτων ἀδελφά; VII 9 ἀνὰ στόμα ἔχειν ἐπαινοῦντες (simil. in Mem. III 6,9 et Symp. III 5 ἀπὸ στόματος εἰπεῖν; Cyr. I 4,25 διὰ στόματος ἔχειν; Ages. XI 15 πρὸς τῷ στόματι τοῦ βίου εἶναι); I 14; XI 2.

Antithesis[2]) extat permultis locis: II 2 κακῶσαι μὲν ἐχθροὺς, ὀνῆσαι δὲ φίλους; VI 12; X 7[3]); II 6 ὅτι οἱ τύραννοι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ἐλάχιστα μετέχουσιν, τῶν δὲ μεγίστων κακῶν πλεῖστα κέκτηνται (parison); IV 8; VI 5; XI 6; 11; IX 11 μικρὰ ἆθλα μεγάλας δαπάνας, in animum revocat illud Gorgieum ῥῆμα: Symp. II 26 ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψακάζουσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω, οὕτως οὐ βιαζόμενοι . . . ἀφιξόμεθα.

Parechesis[4]) extat his locis: II 8 πάντες πανταχῇ (πᾶς et πολὺς satis frequenter coniunguntur a. Xenoph.[5])); I 8 πάνυ πολλούς; VI 11; VI 2 συνῆν ἡδόμενος ἡδομένοις; VI 13 οὐδεὶς οὐδέν; VII 2. Etiam figuram etymologicam huc refero: III 9 φύσει πεφυκότων; IV 3 θανάτῳ ἀποθνήσκειν; II 8; II 12.

Allitterationes[6]) apud Xenoph. creberrimas littera p factas reperies: enumerabo tantum eas, quas certo quodam consilio esse effectas nemo erit quin concedat; maxime tales usurpantur, ut verbis gravitas addatur: en exempla: I 14 πάντες οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα . . . ὅσα ἂν ποιῆτε ἐπαινοῦσιν; VI 8 πάντοθεν πολεμίους; VII 2 πάντες πάντα τὰ προσταττόμενα ἀπροφασίστως, περιβλέπωσι δὲ πάντες, ὑπανιστῶνται δ' ἀπὸ τῶν θάκων; III 7; IX 1; 11; XI 15.

Polysyndeton[7]) extat: II 1 καὶ σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄψων καὶ ἀφροδισίων; I 5; IV 7; V 1; 2; VI 2; VII 3; 10; IX 2; 6; 11; X 6.

---

[1]) l. c. p. 11 sq.

[2]) cf. Wissmann p. 7; Schacht p. 17.

[3]) Eiusmodi antithesis saepe extat ap. Xenophontem; cf. p. 41.

[4]) cf. Wissmann, p. 12.

[5]) cf. Sauppe l. c. p. 113.

[6]) cf. Seyffert l. l. p. 18.

[7]) cf. Wissmann p. 17; Schacht p. 19.

Asyndeton autem, quam figuram Xenoph. rarissime adhibuit[1]), sicut in Convivio nullo Hieronis libelli loco inveni.

Homoeoteleuton[2]) extat: I 14 μειονεκτεῖτε . . . πλεονεκτεῖτε; III 8 (bis) . . . ἀπεκτονηκότας, . . . ἀπολωλότας, . . . γεγενημένους, . . . διεφθαρμένους; VI 16.

Isocolon[3]) exhibetur his locis: I 30 ὥσπερ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ πιεῖν ἀπολαύοι, οὕτω καὶ ὁ ἄπειρος ὢν ἔρωτος ἄπειρός ἐστι τῶν ἡδίστων ἀφροδισίων; II 7 εἰ μὲν εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ταύτης ἐλάχιστον τοῖς τυράννοις μέτεστιν· εἰ δὲ πόλεμος μέγα κακόν, τούτου πλεῖστον μέρος οἱ τύραννοι μετέχουσιν; I 34; II 6; IV 8; VII 7; alibi.

Anadiplosis[4]) extat ter: I 21 οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐ μὲν οὖν (cf. Cyr. V 5,18; Oec. XII 15; Symp. IV 3); I 22 πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σιμωνίδης, καὶ πάνυ γε; I 32.

Non raro usum esse Xenophontem illo circuitus genere, quod ab Antiphonte praecipue atque Thucydide usurpatur, ut verborum vis solvatur positis nominibus, quibus additur verbum substantivum, Schacht[5]) docuit; in hoc libello invenis: III 3 λυμαντῆρας τῆς φιλίας εἶναι; VI 6 πάντων τῶν ἡδέων λυμεὼν γίγνεται; XI 5 ἱπποτρόφοι εἶεν; VII 3; IX 11; XI 7; 8.

Multa similium exempla, sicut in omnibus Xenoph. opusculis, in Hierone habes. Illum libenter talia e vita agresti petivisse manifestum est, cum Scillunte, in vico Peloponnesiaco, multos annos agriculturae venationique studeret[6]); talium praesto sunt in hoc libello haec: VI 10 οἱ δὲ τύραννοι μισθοῦ φύλακας ἔχουσιν ὥσπερ θεριστάς; VI 15 (cf. Equ. IX 2 sqq.); X 2. Alia similia reperiuntur: ita ex ludis gymnicis, quos Xenoph. libenter spectavisse infra (p. 50sq.) accuratius docebimus; legis IV 6 ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ (cf. Mem. I 2,24) οὐχ ὅταν ἰδιωτῶν γένωνται κρείττονες, τοῦτ' αὐτοὺς εὐφραίνει, ἀλλ' ὅταν τῶν ἀνταγωνιστῶν ἥττους, τοῦτ' αὐτοὺς ἀνιᾷ, οὕτω καὶ . . .; I 30; VI 3 μέθην καὶ ὕπνον ὁμοίως ἐνέδρᾳ φυλάττομαι, (cf. Ages. XI 5 τοὺς κρυφίνους ὥσπερ ἐνέδρας ἐφυλάττετο); VII 10.

Chiasmus raro a Xenophonte adhibetur[7]). In Hierone extat

[1]) cf. Radermacher l. l. p. 608.

[2]) cf. Wissmann p. 11.

[3]) cf. Wissmann p. 10.

[4]) cf. Wissmann p. 15.

[5]) l. l. p. 14.

[6]) cf. G. Eichler, Die Redebilder in den Schriften Xenophons; Progr. d. Wettiner Gymnas. Dresden 1894 p. 5 sqq.

[7]) cf. Radermacher l. l. p. 608.

ter: X 8 οἱ οὗτοι κακὸν μὲν οὐδὲν ποιοῦσι τὸν μηδὲν ἀδικοῦντα, τοὺς δὲ κακουργεῖν βουλομένους κωλύουσι; III 2; VII 2.

Γνῶμαι vel loci communes[1]) virum probant Xenophontem probum et honestum, confidentem pulchre dictis; extant in hoc libello hi: I 17 τὸ γὰρ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς; IV 8 οὐ γὰρ τῷ ἀριθμῷ οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται οὔτε τὰ ὀλίγα, ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις; I 19; 30; II 3; VI 16.

Adhuc de Hieronis arte dicendi egi; nunc voces, structuras, formas grammaticas inspiciam, quas Sitzler[2]) Xenophonteas esse negat. Quamquam Nitsche[3]) falsa esse multa, quae Sitzler protulit, docuit, quamquam multa a me ipso procedente iam opere refutata sunt, tamen pauca mihi addenda sunt. Recte dicit Nitsche[4]): multa Xenophontis auctoritatem tueri, nonnullas difficultates esse ortas non ab auctore sed a scribis quibusdam neglegentibus, alios locos non faciles intellectu cum similibus locis ceterorum Xenophontis operum posse comparari. Rectissime! nam multa ad Xen. auctoritatem tuendam esse idonea statim intelleges. P. 19 enumerat Sitzler quae mira in Hierone sibi videantur: IX 1 ὅπως pro particula ὅτι ponitur post verbum dicendi λέγειν; idem usus etiam duobus Xen. locis occurrit: Cyr. III 3,20 ὅπως . . . ἄχθομαι, . . . ὑπονοεῖτε; Hell. VII 3,11. Qui usus quomodo Xenophontis auctoritatem infringat ignoro. Eiusdem tere generis sunt aliae offensiones, quas Sitzler protulit: a Xenophonte ei abhorrere videntur voces velut χάρις de re venerea I 34; VII 6, (Sitzl. p. 13), quamquam χαρίζεσθαι hac significatione in Mem. III 11,10; 12; 13; 14 legitur; ἐκτίνω VII 12 (S. p. 13), quamquam in Mem. III 12,2 est; ἐπιδιδόναι IX 7 verbum inusitatum videtur Sitzlero, quamquam in Cyr. I 4,12 atque apud scriptores Atticos saepissime invenitur.

Praeterea cavendum est, ne Sitzlerum secuti[5]) in eo offendamus, quod in hoc libello vocabula multa sunt, quae in ceteris Xenoph. libris nusquam legimus; etenim talia prorsus Xenophontea sunt atque tam saepe ἅπαξ λεγόμενα apud Xenophontem invenimus[6]), ut mirari non liceat ea hoc in libello, siquidem Xenophontis est, non deesse, praesertim cum libelli argumentum mirum quoddam

---

[1]) cf. Schacht l. l. p. 13 sq.

[2]) l. l. p. 13 sqq.

[3]) l. l. p. 26 sq.

[4]) l. l. p. 25.

[5]) p. 11 sqq.

[6]) cf. G. Sauppe, Xen. opp. ed. Leipzig 1865—67; V, 298.

n se habeat. Praeterea alia verba a Xenoph. semel dicta Platonem, alia oratores, alia historiarum scriptores recepisse, alia ab auctore ex poetarum fonte uberrimo esse usurpata iam vidimus. Neque magis mirum mihi esse videtur, quod in hoc libello, sicut in ceteris Xenophonteis, voces leguntur, quae nisi hoc loco omnino nusquam extant. Recte Naumann [1]) dicit: Num aliis scriptoribus, si pauca novaverunt in lingua, si sermonis facultatem vocibus novis paucis fingendis auxerunt, ea de causa libros abiudicamus? Eiusmodi voces in Hierone extant haec:

εὐοπλία IX 6; (at legitur CIA II 444—48); εὔοπλος (Xen.) Ar. (semel); Antiphilus Byzant. A. P. IX 156,2; Aristot. Nonn.; εὐοπλέω Posidipp. A. P. XII 120,1; Arr. Philo; Heliod.

λυμαντήρ III 3; ἀπολυμαντήρ Hom. λυμαντής Soph. -ηρ exitus, qui maxime a Doricis usurpatus est, Xenophontis est proprius [2]).

μειονεκτεῖν I 14; alibi; quod verbum a Xenophonte passim usurpatur; ap. alios scriptores non invenis nisi ap. scriptores posteriores, velut Lucianum, Philostratum, alios, quos, cum nemo vetustiorum hanc vocem praebeat praeter Xenophontem, eum ipsum esse secutos apparet.

ἁρματοτροφία XI 5; cf. ἁρματοτροφέω Ages. IX 6; ἁρμάτειος Cyr. VI 4,9; ἁρματηλασία Cyr. VI 1,27; ἁρματηλάτης Symp. II 27; ἁρματηλατεῖν Symp. IV 6; λεηλασία—λεηλατεῖν saepius; ἱπποτρόφος Hier. XI 5; ἱπποτροφία Oec. II 6.

ἐθελουσίως XI 2; adiectivum ap. Xen. (Cyr. Hell. al.) Dio Cass.

ἐμπόρευμα IX 11; (Vect. III 4); ἐμπορεύεσθαι Lac. VII 1 [3]).

Iam vero structuras et vocum conformationes quasdam, quas Sitzler ad libellum a Xenophonte abdicendum confert, aut ipsius esse Xenophontis aut optimis quidem scriptoribus usui fuisse doceamus.

Ac primo dicam de formis passivis προστατεῖσθαι V 1; φροντίζεσθαι VII 10; πειρᾶσθαι XI 11 (cf. Sitzler p. 12 sq.). Late apud Xenophontem usus formae passivae patet; cf. Equ. XI 7 ἢν δὲ καὶ [ὁ ἵππος] ταχύ τε καταβαίνηται καὶ ἀποχαλινῶται; Oec. IV 2 αἱ βαναυσικαὶ ⟨τέχναι⟩ εἰκότως πάνυ ἀδοξοῦνται; atque L. Breitenbach [4])

---

[1]) l. l. p. 42.

[2]) cf. G. Sauppe, Lexil. Xen. p. 63; Gautier l. l. p. 45 sqq.; E. Fränkel, Gesch. d. griech. Nomina agentis II, Straßburg 1912 p. 55.

[3]) De vocibus in -μα finientibus cf. p. 5.

[4]) l. l. p. 51; praeterea cf. de his formis Kuehner-Gerth I 124 sq.

assentior dicenti verbo φροντίζεσθαι eandem rationem esse quam invenis in verbis πιστεύειν, ἀπιστεῖν similibus, quorum passiva forma pariter a Xenophonte usurpatur.

εἰκών i. q. statua IV 5 (S. p. 14); similis est locus, quem Sitzler oblitus est, Ages. XI 7 τοῦ σώματος εἰκόνα στήσασθαι ἀπέσχετο; praeterea vox, ut statuam significet, usurpatur ab Hdt. Trag. Plat. Aristot. Lys. Isocr. Lycurg. Dem. Din. Plut. aliis.

ἐξάγεσθαι i. q. excitare IX 11 (S. p. 14); cf. Cyr. II 2,15 γέλωτα ἐξάγεσθαι; Eur. Androm. fr. 131 Nauck: μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ; Plut. de fac. in orb. lun. p. 922 E ἐμὲ δ' οὖν οὐκ ἐξάξεσθε τήμερον εἰς τὸ διδόναι λόγον.

λυσιτελής i. q. vilis IX 11 (S. p. 15); recentioris aetatis esse videtur, cum adiectivum sit ap. Dion. Hal. VII 37,1 atque adverbium ap. Polyaen. V 1; Ael. N. A. X 50 extr.

τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων II 3 (pro πλῆθος voce simplici S. p. 15). Simile quid legitur in An. IV 1,20; ὁ ὄχλος ἀνθρώπων; Hell. V 2,32 τῆς πόλεως πλῆθος; atque πλῆθος τῶν ἀνθρώπων saepe habes ap. optimos scriptores; cf. Aesch. Pers. 427; Plat. Legg. XI 918 D; Thuc. I 2,6; II 78; saep.

προκαθιστάναι VI 9; de excubiis (S. p. 15); cf. locum Thucydideum: II 2 φυλακῆς οὐ προκαθεστηκυίας.

προσειπεῖν VIII 3; (pro χαίρειν προσειπεῖν, quod dicit Xenophon; S. p. 15). Quae salutandi significatio iam ap. Hom. Hes. Pind. Trag. usitata non neglegitur a Plat. Dem. Plut. Dion. Cass.

ὑπεξαιρεῖσθαι V 2 (pro ἐκποδὼν ποιεῖσθαι verbo Xenophonteo, S. p. 16); in omnium scriptorum libris saepe extat, velut in Plat. Rep. 576 B; Thuc. IV 83; VIII 70; ap. Hdt. Eur. Soph. Dion. Cass. aliosque.

πίμπλασθαι i. q. cibis compleri, edere, I 25 (pro verbo ἐμπίμπλασθαι; S. p. 17); iam Homero haec verbi significatio nota erat; cf. Od. 17,603; 19,198; Eur. Cycl. 308 πιμπλ. βορᾶς; Plat. Rep. 571 C σίτων ἢ μέθης πλησθέν.

ἀναλαμβάνειν τὴν δόξαν i. q. gloriam adipisci, II 15 (S. p. 17); Cobeti coniecturam λαμβάνειν falsam esse puto, cum ap. Polyb. 32,11,2 inveniamus: ἀναλαμβάνειν τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν. Atque Xenophon utitur conformationibus similibus, veluti: ἀναλ. κίνδυνον, μάχην, ἀρχαίαν ἀρετήν, similibus.

ἆθλα ἀποδιδόναι IX 3 (pro διδόναι; S. p. 17); quae verbi significatio ut ab omnibus Atticis, ita a Xenophonte non abhorret; cf. Vect. IV 14 ὀβολὸν ἀποδιδόναι; An. I 2,11; VII 7,33 τὸν μισθὸν ἀποδιδόναι; simil.

ἀνὰ στόμα ἔχειν VII 9 (pro διὰ στόματος εἰπεῖν; S. p. 17). 'oeticum est, quam ob rem non alienum a Xenophonte videtur; f. Il. II 250 βασιλῆας ἀνὰ στόμα ἔχων; Eur. Hel. 80; Andr. 95; ιpoll. Rhod. III 685: ἀνὰ στόμα ἐπισπεῖν[1]).

κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν I 14 (S. p. 17); Cobetus scripsit ακηγορεῖν; at Nitsche[2]) hoc sermonis cotidiani esse docuit; cf. Ar. ?an. 626 κατ' ὀφθαλμοὺς λέγειν.

ἐξικνεῖται ἔπαινος εἰς εὐφροσύνην id fere quod: laus gaudio st; VIII 3; Sitzler (p. 17) posterioris aetatis esse videri dicit; ecte ille iudicavit, cum simile quoddam in Plut. quom. adul. b am. internosc. p. 56 B habeas: πρὸς τὸ ἦθος ἐξικνεῖσθαι τοῖς παίνοις. Quid autem mirum, quod hac forma Xenophon utitur, uem multa recentioris aetatis vocabula recepisse omnes scimus.

συγκαταμιγνύναι τὴν ψυχὴν ᾠδαῖς κ. τ. λ. VI 2 (S. p. 17: oeticum est); at Xenophontem vocibus poeticis libenter esse usum onstat; cf. Eur. Her. Fur. 674 τὰς χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύναι, uem locum Xenophontem esse imitatum apparet; atque συγκαταιγνύναι verbum frequens est ap. Plat. Aristot. Plut. Strab.[3]).

διαιρέω κατὰ i. q. dividere in, IX 5 (pro accus. vel εἰς; . p. 18); oblitus est ille loci cuiusdam Hell. III 2,10 κατὰ μέρη ιελών; atque saepius hanc structuram in optimorum auctorum libris abes: Hdt. Thuc. Isocr. Plat. Aristot. Heracl. Pont.

λανθάνειν περὶ τούτου II 5 (pro λανθ. μέ τι; S. p. 18); quae tructura saepe ab interpretibus Xenophontis, velut a Iacobsio, in ubium vocata est; tamen esse servandam codd. scripturam puto um L. Breitenbach[4]), qui auctorem, ut accusativorum concursus itetur, hac forma esse usum censet atque monet „μέλει" quoque verbum npersonale a Xenoph. nonnunquam cum περὶ praepositione poni[5]).

τὸ τούτων (sc. τῶν δαπανῶν) συντέμνειν ὄλεθρος δοκεῖ εἶναι V 9 (S. p. 18); τί pronomen esse inserendum, ut volunt cum od. T et Stobaeo Stephanus et Cobetus, nego, etiamsi paulo ante υντέμνειν τὰς δαπάνας legitur; sed valde arridet Sauppii et Breitenachii sententia, qui Xenophontem eiusmodi genetivo partitivo saepe sum esse docent; cf. Ages. I 22 τῶν τείχεων . . ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο[6]).

---

[1]) cf. Nitsche l. l. p. 27.

[2]) l. l. p. 27.

[3]) cf. p. 7 de verbis decompositis.

[4]) l. l. p. 24.

[5]) cf. p. 14; Kuehner-Gerth I p. 297,5.

[6]) alia exempla ap. Breitenbach p. 37; Kuehner-Gerth I 345.

Simile quoddam huic Hieronis loco etiam ap. Thuc II 56 habes: τῆς γῆς ἔτεμεν, ubi paulo ante extat: ἔτεμεν τῆς γῆς τὴν πολλήν.

ὁμιλεῖν πρὸς i. q. consuetudine alcs. uti, VIII 6 (pro dativo; S. p. 18); omisit Sitzler Mem. IV 3,2 πρὸς ἄλλους ὁμιλοῦντι; habes praeterea ap. Thuc. I 77; Plat. Phaedr. 252 D; Rep. 428 D; Polit. 307 E; Isocr. II 24; verborum coniunctionem ὁμιλία πρός saepe ap. Soph. Plat. Aristot. Dem. scriptum invenis.

μάχεσθαι πρὸ τῶν ἰδίων XI 12 (pro ὑπὲρ, scil. de re, cuius causa pugnatur; S. p. 18); de persona dictum saepe ap. Xenoph. hoc verbum cum pronomine πρὸ invenis. Praeterea usus huius praepositionis excusatur, quod paulo ante praecedunt verba προνοεῖν, πρόμαχος, πρόθυμος. Neque Xenophon πρὸ praepositionem non libenter coniungit cum verbis, qualia sunt βουλεύεσθαι, πράττω διακινδυνεύω, στρατεύομαι, θύω similibus.

νοεῖν κακά τινι I 15 (S. p. 18); Mem. II 2,9 κακὸν νοοῦσα; poeticum est, cum sit ap. Hom. κακὰ φρονεών frequens; Hdt. VIII 3 ὀρθὰ νοεῦντες; cum dativo coniungitur apud Hes. op. 286 ἐσθλὰ νοεῖν σοι; Hdt. III 81.

προκινδυνεύω c. Gen. X 8 (pro ὑπὲρ; S. p. 18); quod verbum omnibus temporibus et cum genet. et cum ὑπὲρ coniunctum est; cum genet. habes ap. Ps. Andoc. IV 1; Isocr. alios[1]); cum ὑπὲρ ap. Lys. 18,27; Isocr. 4,62; 75; 142; Lycurg. Polyb.

προφυλάττω c. Gen. VI 10 (pro acc.; S. p. 18); structura mira non videtur, cum verba curandi et providendi plerumque cum genet. coniungantur[2]).

φοβεῖσθαι ὑπὲρ VI 10 (pro περὶ; S. p. 18); quae constructio Attica est: Ps. Andoc. IV 36; Isocr. V 75; Plat. Theag. 127 C. Polit. 387 C. Plut. conv. sept. sap. 152 B.

ἐξαρκεῖν c. part. VII 12, pro εἰς vel πρός; (S. p. 18 sq.) habes in Eur. Tro. 653; Plat. Gorg. 475 E; ἀρκεῖν c. part. Oec. XII 4; Cyr. IV 5,44.

ὁρᾷς I 15 (S. p. 19) mediae insertum orationi legis Ar. Thesm. 490; 496; Plat. Prot. 336 B[3]); similiter in hoc dialogo οἶμαι saepe ponitur[4]).

---

[1]) cf. Kuehner-Gerth II 1 365.

[2]) cf. Kuehner-Gerth I 365.

[3]) cf. Breitenbach l. c. p. 13.

[4]) cf. p. 22.

αἱ θεραπεῖαι αἱ ἀπὸ τῶν μεγίστων φρονουσῶν γυναικῶν, αἱ ὑπὸ δούλων I 28 (S. p. 20; quae structura alibi ap. Xenoph. non invenitur). Sequor L. Breitenbach[1]), qui hanc structuram ita explicat: priore loco loquitur auctor de officiis, quae honestissimae feminae sponte praestant, altero de servitiis, quae servae non faciunt nisi coactae. Eadem ratione VII 6 sibi opponuntur αἱ ... ἐξ ἀντιφιλούντων ὑπουργίαι et ὑπουργίαι αἱ ὑπὸ τῶν φοβουμένων. Similes structurae (I 38; VI 10; VIII 4), quas Sitzler reprehendit, ex studio vocum variandarum explicandae mihi videntur.

Porro, multa quae ille vir doctus a Xenophontis more abhorrere putat, corrupta atque interpolata esse docere possumus; cf. Cobetum[2]), qui dicit: Hieron passim pessimis exemplis corruptus et interpolatus in codicibus perexigui pretii circumfertur. Atque, cum libelli linguam prorsus Xenophonteam atque libellum esse genuinum mihi ea persuaserunt, quae iam tractavi, nunc male servatis locis voces et vocum formas Xenophonteas me restituere posse puto, qua ratione Sitzleri dubitationes hae tolluntur:

παραστάδες XI 2 (S. p. 12). Quam vocem cum Ernestio, Schneidero, Thalheimio nego esse servandam, cum in Mem. III 8,9 παστάσι habeamus, atque Pollux VII 27 verbis παστάδας δὲ ὁ Ξενοφῶν, ἃς οἱ νῦν ἐξέδρας, hos locos significare videatur.

ἀπεκτονηκότας III 8 (S. p. 13); scriptura in codd. corrupta est; ap. Stobaeum optima est servata forma ἀπεκτονότας. Etiamsi, ut Breitenbach[3]) animadvertit, formam ἀπεκτόνηκα serioris graecitatis (cf. Aristot. 182^b 19: ἀπεκτόνηκε γὰρ τὸν πτωχόν[4])) esse videtur, tamen formam breviorem restituendam esse puto, cum Xenophonti ubique usui sit; cf. An. II 1,8; 11; V 7,30; Hell. II 4,21; VII 2,4; 4,24.

εὐτόνως IX 6 (S. p. 14); e more Xenophonteo cum codd. A pr. D Stob. ἐντόνως adverbium mihi restituendum esse videtur, quod omnino non a scriptoribus optimis velut a Thuc. Plat. Plut. abhorret.

οὐδέν τι μᾶλλον τούτου θαρρεῖ, ἀλλὰ φυλάττεται ἔτι μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν II 18 (pro τοῦτο Xenoph. S. p. 18). Frotscher praebet τοῦτο, Weiske τούτῳ. Sed has coniecturas male esse excogitatas

---

[1]) l. c. p. 19.

[2]) Nov. lect. p. 547.

[3]) l. l. p. 32.

[4]) cf. Kuchner-Blaß II 468 sq.

puto, potius cum D codice τούτου eiciendum est, quod mihi pronomen a scriba quodam, qui, quid sibi vellet μᾶλλον comparativus, non intellexit, interpolatum videtur.

συμπαρομαρτέω σὺν τῇ ἀσχολίᾳ IX 8 (Xenophon utitur dativo simplici; S. p. 18). Cobetus praebet μᾶλλον ἂν τῇ ἀσχολίᾳ συμπ. At mihi praeferenda videtur coniectura Sauppii et Holdenii, qui σὺν praepositionem ante nomen deleverunt.

Idem valet X 2 ἐγγίγνεσθαι ἐν (pro dativo simplici; S. p. 18), ubi ἐν praepositio delenda videtur; cf. Hier. I 30 ὁ ἔρως . . . τῷ τυράννῳ ἐθέλει ἐγγίγνεσθαι; tamen utramque structuram ap. oratores Atticos habes: et cum dativo ap. Andoc. Lys. Isocr. Dem. Din., et cum ἐν est ap. Isocr. Dem. Din. Quam ob rem, cum eodem iure contendas ἐν servandam esse, utra forma praeferenda sit statuere non audeo. Atque omnino de structura, quae a Sitzlero est proscripta, huius verbi et cum dativo, et cum ἐν cum dativo, et cum infinitivo: ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις ἐγγίγνεται . . . τοσούτῳ ὑβριστοτέροις εἶναι vide, quae Breitenbach[1]) dicit: Pertinet hoc genus dicendi ad usum illum, quo verbum simplex γίγνεσθαι ʼπλεοναστικῶςʽ usurpatur; cf. Cyr. II 4,18 γίγνεται τῷ Κύρῳ τὰ ἱερὰ ἐπὶ ʼΑρμένιον ἰέναι καλά.

De τιμᾶν i q. ad coenam invitare, VIII 3, quae vox hac significatione a Xenophonte non adhibetur (S. p. 16); qua de re recte iudicavisse videntur Nitsche[2]) et Hager[3]), qui hunc locum esse prorsus corruptum atque interpolatum putant.

Quod porro Sitzler[4]) tot anacolutha in hoc libello extare quot vix in ullo alio libro dicit, hoc quin simplicitati inaffectatae et neglegentiae ac sermoni cotidiano, quem sicuti in omnibus fere scriptis Xenophontis, ita in Hierone observamus, tribuendum sit, nemo dubitabit, qui illa, quae Sauppe[5]) et Gleiniger[6]) largissime collegerunt exempla, computaverit, quibus facile multa adiungi possunt.

Postremo Sitzler[7]) enumerat, quae non satis accurate immo obscure in Hierone dicta vix intellegi possunt, periodos contortas

---

[1]) l. l. p. 64.
[2]) l c. p. 27.
[3]) Berl. Phil. Woch. 1884 p. 747.
[4]) p. 20.
[5]) Lexil. Xen. p. 19.
[6]) l. l. p. 50.
[7]) p. 21 sqq.

atque inepte factas[1]), verborum collocationes, enuntiatorum coniunctiones[2]), quae a Xenophontis more abhorrent, locos, ubi sententia sequens cum antecedente non cohaeret[3]). Tamen haec omnia, quae a Sitzlero auctori opprobrata sunt, quamquam singillatim falsa esse docere non possum, mihi nunquam persuadebunt libellum esse suppositicium. Nam primum satis multa in libello leguntur, quae cum ceteris Xenophontis scriptis congruunt, deinde cum apud multos scriptores tum apud Xenophontem ipsum[4]) locos quosdam obscuros, qui neglegentiae scribendi tribuendi sunt, habes, postremo sermo vulgaris in hoc dialogo maximi momenti fuisse videtur ad structuras et formas fingendas. Quas ob causas nemo me de auctoritate Xenophontis depellet.

Hactenus de Hieronis libelli genere dicendi, atque ad auctoritatem Xenophontis tuendam pauca me contulisse puto. Nam respicientes, quae quaestionibus tractatis iam statuimus, his verbis summam subducere possumus: et verborum delectus et particularum, praepositionum, pronominum, structurarum grammaticarum usus prorsus Xenophonteus est; neque disputandi ratio, argumentandi ars, figurarum genus omnino a Xenophonte abhorret; voces atque structurae a Sitzlero proscriptae non valent ad libellum Xenophonti abiudicandum; potius tam multa Xenophontea insunt in hoc opusculo, ut, nisi dubitationes movent, quae in hoc libro tractantur, Hieronem dialogum Xenophontis esse statuamus necesse sit.

§ 3.

Quam ob rem progredi volumus ad alteram propositi nostri partem, qua ostendere conabimur ab auctore nihil dictum esse, quod a Xenophontis ingenio abhorreat, nihil fere desiderari, quod ex ceteris libris esse Xenophontis sciamus. Atque primum quidem

---

[1]) cf. IX 7 κατ᾽ ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας; X 1 ὡς μὴ μισεῖσθαι; II 12; IV 4; X 4; alibi.

[2]) cf. I 16 τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων; I 25 καὶ τῶν σίτων ὁ μὲν ἔχων κ. τ. λ.; IV 5; VI 6; VII 2; IX 7; alibi.

[3]) cf. I 24, quo loco omnino intellegi non posse Sitzler dicit neque qua de causa Simonides odores commemoret neque cur eo modo, quo facit, commemoret; praeterea I 37; II 12.

[4]) cf. Hartmann l. l. p. 256: Vitia quae in libello cui Hiero titulus observamus, cognata sunt illis quibus cetera eius scripta laborant; l. l. p. 301: Nullus Xenophontis liber est, in quo non eiusdem generis et plura et graviora observari possint.

libelli argumentum inspiciamus. Opusculum formam habet dialogi, quem auctor Hieronem tyrannum cum Simonide poeta conferentem instituit. Sermo est divisus in partes duas, quarum altera (1—7) enarratur, quot quantaque incommoda immineant tyrannis, quae conferuntur cum commodis voluptatibusque vitae privatae, altera (8—11) tyrannum civium amorem adipisci cupientem miseriis liberari posse docet: quod fieri potest, si potestate sua atque auctoritate pro civium salute utitur sicuti is, qui legitimum regnum obtinet. Atque quod Franciscus Portus[1]) dixit Xenophontem in hoc opere id agere, ut doceat vitam regum non esse expetendam, ei potius anteponendam vitam privatam, viri docti falsum esse iam cognoverunt[2]). Nam libelli argumentum duplex est: libri cardo posita est in altera ipsa libri parte (8—11), quae maioris esse momenti priore omnes fere interpretes consentiunt. Sed auctorem, cum vulgus facile capiatur splendore regio, simul graviter homines imperitos manifestum est monere, ne his felicitatibus nimium tribuant, atque demonstrare eos miseros non existimandos, qui egeant istis rebus. Cuius sententiae probandae ratio Xenophontea est, cum auctor saepe sententias illustraverit comparatis aliorum hominum moribus et consuetudinibus[3]);

Aeque perperam iudicant, qui auctorem in hoc libello regiam dignitatem Graecis commendare putant. Hoc quidem visum est C. Frotscher[4]), G. Sauppe[5]), W. Engel[6]). At affero, quod recte dicit Nicolai[7]): ich halte das nicht für richtig; von Isocrates besitzen wir den Regentenspiegel πρὸς Νικοκλέα, und im Νικοκλῆς setzt er die Pflichten der Untertanen dem Herrscher gegenüber auseinander. Will man darum gleich den Schluß machen, daß Isocrates seinen Landsleuten den Uebergang zur Monarchie gepredigt habe?

Omnino iis assentiri non possum, qui auctorem tyrannidi favere atque idcirco commendare Atheniensibus hanc regnandi formam putant. Cuius sententiae auctores sunt J. Sitzler[8]) et

---

[1]) cf. B. Weiske, Xenoph. script. illustr. Leipzig 1798—1804, V p. 159.

[2]) cf. Weiske l. l.

[3]) cf. p. 21.

[4]) Hieronem rec. et interpret. est, Leipzig 1822 proll. p. VI.

[5]) Xen. opp. V, praef. p. 103.

[6]) Xenoph. polit. Stellung und Wirksamkeit, Progr. Stargard 1853 p. 13.

[7]) Ueber Xenoph. Hieron, Progr. Dessau 1870 p. 14.

[8]) l. l. p. 23 sqq.

Lincke[1]), qui, cum Xenophon in ceteris operibus, velut in Cyrop. Lac. rep. Mem. eam civitatis formam praedicet, quae penes regem legitimum sit, libellum subditicium putant. Sed aliud mihi esse videtur ad tyrannidem capessendam adhortari, aliud exponere, qua ratione, quandoquidem haec regnandi forma semel occupata sit, et tyranno et civibus usui esse possit. Atque hoc libello tyrannidem non modo non commendari, sed ne probari quidem iam inde apparere, quod longe maxima pars dialogi in eo versetur, ut infelicissima atque miserrima et tyranni et civium condicio demonstretur iam Coppello[2]) atque Breitenbach[3]) recte animadverterunt. Idem praeterea ex eo cognoscere potes, quod in parte priore 79 es voces, quales sunt τύραννος, τυραννεύω, similes legis, ἄρχων paucis locis, cum in parte altera 25 es vocabula, qualia sunt ἄρχων, προστατεύω, similes habeas, τύραννος atque τυραννὶς voces quinquies. Auctor igitur priore parte anteposita fundamentum posuit, quo extrueret partem alteram. Nam quae prioribus capitibus de mala condicione, qua tyrannus, qui civibus subiectis imperare nescit, utitur, disputata sunt, eo redeunt, ut intellegamus, quam necessarium sit tyrannos doceri quomodo vitam iucundam et tutam vivere possint[4]). Quod fieri non potest, nisi tyrannus simili ratione qua ὁ βασιλεὺς rempublicam administrat. Simonidem autem re vera ad imperium obtinendum Hieroni commendare eadem auxilia, quibus utuntur Cyrus et Agesilaus reges, infra[5]) intellegemus. Regum ratione si recte uti scit tyrannus atque se ad rem publicam administrandam idoneum praebet, vere princeps est, qualem Socrates in Mem. III 9,10 describit: Βασιλεῖς δὲ καὶ ἄρχοντας οὐ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἶναι, οὐδὲ τοὺς ὑπὸ τῶν τυχόντων αἱρεθέντας, οὐδὲ τοὺς κλήρῳ λαχόντας, οὐδὲ τοὺς βιασαμένους οὐδὲ τοὺς ἐξαπατήσαντας, ἀλλὰ τοὺς ἐπισταμένους ἄρχειν. Et re vera fieri posse, ut tyrannus civium amorem sibi adiungat, Xenophontem docebant Pisistratus Atheniensis, Phidon Corinthius, Clisthenes Sicyonius, Polycrates Samius, Periander Corinthius, Gelon Syracusanus, qui in sua quisque civitate rem publicam bene administraverant; atque Xenophon ipse dicit in Cyr. I 1,1: Ἔννοια ποθ' ἡμῖν ἐγένετο . . . ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν, οἱ δὲ κἂν ὁποσονοῦν χρόνον

[1]) l. l. p. 228 sqq.
[2]) Observationes in Xenoph. dial. Hier., diss. Leyden 1841 praef. p. XI.
[3]) l. l. praef. p. IX.
[4]) cf. Sitzler l. l. p. 3.
[5]) cf. p. 41 sqq.

ἄρχοντες διαγένωνται, θαυμάζονται ὡς σοφοί τε καὶ εὐτυχεῖς ἄνδρες γεγενημένοι. Etiam tyrannus, qualis describitur in hoc libello cives beatos reddere vult atque multa communia habet cum Cyro et Agesilao; Hieron tyrannus humanus est ἄρχων, qui non contentus honoribus, quos cives subiecti ei afferunt, re vera populum beate reddendo eius amorem sibi adiungere studet, quam ob rem beneficia modo, quae sibi ab hominibus non coactis sua sponte tribuantur vero amore et amicitia adductis, magni aestimat. Maioris momenti et pretii sunt cives libenter neque inviti dicto audientes quam qui, quae princeps iusserit, lente et neglegenter exsequuntur; atque in maximo odio ei sunt adulatores, qui utilitatis suae ipsorum causa amicitiam dissimulantes tyrannum perpetuo laudant et donis afficiunt (cf. I 15; 37 sq.; alibi)[1]. Quas ob causas falsum esse puto, quod Sitzler et Lincke Xenophontem in hoc libello tyrannidi favere putant; potius ab hac regnandi forma deterrere homines conatur.

Nihil vero obstitit, quin de tyrannide eiusque condicione Xenophon sermonem scriberet. Nam qui de rebus diversissimis libros composuit, cur de tyrannide librum quendam conscribere non potuit? Quin etiam Xenophon ipse Socratem magistrum saepe cum discipulis de rebus civilibus colloquia instituisse nobis tradidit: cf. Mem. I 1,16; 2,17; 6,15; idem in Mem. IV 6,12 commemoravit de discrimine, quod inter regem et tyrannum intercederet, Socratem locutum esse: Βασιλείαν δὲ καὶ τυραννίδα ἀρχὰς μὲν ἀμφοτέρας ἡγεῖτο εἶναι, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων ἐνόμιζε. Τὴν μὲν γὰρ ἑκόντων τε τῶν ἀνθρώπων καὶ κατὰ νόμους τῶν πόλεων ἀρχὴν βασιλείαν ἡγεῖτο, τὴν δὲ ἀκόντων τε καὶ μὴ κατὰ νόμους, ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἄρχων βούλοιτο, τυραννίδα[2]). Quam contrariae hae sint formae, etiam in Oec. XXI 12 exposuit Xenophon: ἀλλὰ θεοὶ τὸ ἐθελόντων ἄρχειν σαφῶς τίθενται τοῖς ἀληθινῶς σωφροσύνῃ τετελεσμένοις. τὸ δὲ ἀκόντων τυραννεῖν διδόασιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὓς ἂν ἡγῶνται ἀξίους εἶναι βιοτεύειν ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν Ἅιδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ. Quocum conferas Hier. VII 10—13. Quam ob rem sicuti Cyropaedia etiam Hiero libellus ne prodierit ex Socratis sermonibus nihil obstat, qui, quantum nos scimus, quaestiones a se ipso institutas communicavit cum discipulis, a quibus postea libris illustrabantur. Atque Xenophon ipse saepius de tyrannis, de tyrannidis condicione, de ratione, quae inter regentem et privatum hominem intercedit,

---

[1]) Quam similitudinem Cyri et tyranni, qualis describitur in hoc libello, iam cognovit E. Richter l. l. p. 148 sq.

[2]) cf. Sitzler l. l. p. 7.

sententias profert. Affero locos gravissimos: ex Cyr. I 1,1 illum saepe de rei publicae formis cogitavisse atque talibus studiis vacavisse apparet[1]); in Cyr. I 3,18 Astyages Cyrum iuvenem, ne tyrannus fiat, monet; in Mem. III 9,12 sq. tyrannum, quod spectet, assequi non posse, nisi recte utatur imperio, auctor docet; in Symp. IV 35 sqq. homo privatus tyranno, sicut in Hierone oppositus est; atque in Mem. II 1,10 sqq. quaestionem proponit, πότεροι ζῶσιν ἥδιον, οἱ ἄρχοντες ἢ οἱ ἀρχόμενοι; simile quoddam in Cyr. I 6,8 sq.: οὓς (sc. τοὺς ἀνθρώπους) ἐγὼ αἰσθάνομαι . . . ἡγουμένους δεῖν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ καὶ πολυτελέστερον δειπνεῖν καὶ πλέον ἔχειν ἔνδον χρυσίον καὶ πλείονα χρόνον καθεύδειν καὶ πάντα ἀπονώτερον τῶν ἀρχομένων διάγειν. ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν τε καὶ φιλοπονεῖν. Veri simillimum igitur est Xenophontem etiam de tyranni condicione sermones diligentiores cum Socrate habuisse. Itaque cum libelli argumentum ex Socratis disciplina profectum esse videatur, Xenophontem re vera de tyrannide scribere potuisse, nemo, puto, infitias ibit.

Nunc singula, quae in Hierone sunt dicta, plane esse Xenophontea ostendamus; nam cum totius libelli tum maxime partis alterius praecepta, quaecunque insunt, in ceteris Xenophontis operibus legimus, imprimis in Cyropaedia et Agesilao, eaque pleniora atque ampliora. Quae res suspicionem movit Sitzleri[2]), qui Xenophontem idem duobus in libris scripsisse negat. Cui argumento obicere libet, quod ait Joel[3]): Finden sich in der Schrift eines Autors Parallelen zu der Stelle, so ist sie unecht, weil überflüssig, also abgeschrieben. Finden sich keine Parallelen, so ist sie unecht, weil die Gedanken dem Verfasser fremd sind. Gerade bei einem Autor wie Xenophon, dessen Horizont nur eine beschränkte Zahl von Lieblingsgedanken faßt, der sich in derselben Schrift fortwährend wiederholt und sich wegen seiner Wiederholungen auch mehrfach verteidigt (Cyneg. XIII 4 sqq.; Equ. VIII 2), sprechen Parallelen mehr für die Echtheit. Quas repetitiones Xenophontis vere proprias esse imprimis E. Richter[4]), Hartman[5]), Wendland[6]) ostenderunt; atque re vera quicunque Xenophontis opera attente

[1]) cf. p. 35 sq.
[2]) l. l. p. 25.
[3]) Der echte und der xenophont. Socrates I, Berlin 1893 p. 67.
[4]) l. l. p. 118.
[5]) l. l. p. 252.
[6]) ap. Gercke-Norden, Einl. in die Altertumswissenschaft I² 211.

perlegerit, rectissime hoc esse dictum concedet. Itaque cogitationes, quas Hieronis auctor exponit, cum Xenophontis, qualia ex operibus ei non abiudicatis comperta habemus, praeceptis comparare operae pretium puto [1]).

Certe omnem suam operam omnesque cogitationes Xenophon conferebat atque intendebat, ut Socratis praeceptis propagatis quaecunque ad hominum mores corrigendos et ad rei publicae salutem servandam et ad civium utilitatem felicitatemque augendam idonea sibi viderentur conferret. Atque primum quidem quid viri boni et civis strenui esse censuerit exponamus. Locis compluribus (impr. Mem. II 1,19; Symp. VIII 38; alibi) audimus eos re vera bonos esse appellandos, qui res suas ipsorum bene administrare, amicos fovere, inimicis nocere, rei publicae prodesse studeant, qui libenter omnes difficultates tolerent omniaque negotia, neque ullam rem hominum animis honoris et gloriae cupidis adeo gaudium afferre quam φιλοτιμίαν (Mem. II 1,31; Oec. XIV 10). Docet omni modo gloriam hominibus imprimis esse petendam, quod gloriae avidi semper meliores evadere conentur. Eadem Hieronis quoque auctor dicit: neminem, quod spectet, assequi posse, nisi labores sustinere velit. Quos homines libenter esse subituros, si praemiorum atque laudum honores se adipisci posse sciant: cf. Hier. IX 6—8 οὐκοῦν εἴ τις . . . ἆθλα προτιθείη καὶ εὐοπλίας καὶ εὐταξίας . . . εἰκὸς καὶ ταῦτα πάντα διὰ φιλονικίαν ἐντόνως ἀσκεῖσθαι. καὶ . . . ὁρμῷντο γ' ⟨ἂν⟩ θᾶττον ὅποι δέοι, τιμῆς ὀρεγόμενοι, καὶ χρήματα θᾶττον ⟨ἂν⟩ εἰσφέροιεν, ὁπότε τούτου καιρὸς εἴη, καὶ τὸ πάντων γε χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ εἰθισμένον διὰ φιλονικίας πράττεσθαι κ. τ. λ. Nam homines μέγα τι εἶναι τὴν τιμὴν (VII 1) putant, neque ullum gaudium iis τοῦ θείου ἐγγυτέρω esse videtur quam ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφροσύνη (VII 4), quod τούτῳ δοκεῖ διαφέρειν ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζῴων, τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι (VII 3); cf. Oec. XIV 10 τούτῳ δοκεῖ διαφέρειν ἀνὴρ φιλότιμος ἀνδρὸς φιλοκέρδους τῷ ἐθέλειν ἐπαίνου καὶ τιμῆς ἕνεκα καὶ πονεῖν . . . καὶ κινδυνεύειν κ. τ. λ. Atque τὸν ἔπαινον Hieronis auctor ἥδιστον ἀκρόαμα, τὴν λοιδορίαν χαλεπώτατον ἀκρόαμα (I 14) appellat (cf. Mem. II 1,31 τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου; Symp. II 2 ἀκροάματα ἥδιστα παρέχειν). Quicunque labores non frustra subire, sed honores adipisci vult, in futurum ἀγαθόν τι (IX 10) sibi adiungit; ἀγαθὰς autem Socrates putat eas res, quae hominibus, si iis utuntur, usui sunt

[1]) Nonnulla quaedam iam Nicolai (l. c.), Richter (l. l. p. 107 sqq.), Hartman (l. l. p. 250 sqq.), Dahmen, Quaestion. Xenophont. et Antisthen. diss. Marburg 1897 p. 28 sq. collegerunt.

(Mem. III 8,2 sq.). Hieronis autorem idem sentire, ex IX 10 concludere licet, ubi ille, ut voces variet, pro ἀγαθὸς adiectivo ὠφέλιμος voce utitur: ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ ἀτίμητος ἔσται, πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ σκοπεῖν τι ἀγαθόν. καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν ὠφελίμων μέλῃ, ἀνάγκη εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον καὶ ἐπιτελεῖσθαι.

Quae bona ut assequantur homines, multis opus esse virtutibus Socrates putat, dico εὐσέβειαν (Mem. I 1,19; 4,13; 18; IV 3,12 sq.; Symp. IV 47 al.) ,σωφροσύνην (Mem. III 9,4; IV 3,2), quacum plerumque coniuncta videtur temperantia (Mem. II 1,7; 28; III 12,4; IV 8,11), ἀνδρεία (Mem. III 9,2; IV 6,11), δικαιοσύνη (Mem. II 3,14; IV 4,12 al.). Quas virtutes hominum salutis ac felicitatis quasi fundamenta esse atque efficere, ut καλοὶ κἀγαθοὶ fiant Socrates dicit, quare in nullo fere libro Xenophonteo earum memoria desideratur.

Mirum igitur videri potest[1]), quod auctor Hieronis nusquam pietatis mentionem fecit, praesertim cum in Cyr. VIII 1,23 sq. Xenophon multis exposuerit verbis hanc virtutem imprimis ad cives meliores reddendos conferre. At auctorem de rebus divinis pio animo sensisse, ex IV 11 intelleges: οἱ τύραννοι ἀναγκάζονται πλεῖστα συλᾶν ἀδίκως καὶ ἱερὰ . . . Nam Xenophontem sacra sanctissime coluisse constat, cum in libris historicis ille se maxime indignabundum praebeat, ubi milites sacella et templa diripere ausi sunt; cf. Hell. II 3,52; IV 3,20; 4,3; 5,2; VI 4,30; VII 3,8; 4,33; Anab. I 6,7 al.; Ages. II 13. Porro quod auctor hanc pietatis virtutem non in libelli epilogo ad rei publicae felicitatem augendam atque ad tyranni imperium tuendum aptam commemorat, causa in eo esse videtur posita, quod Dionysii minoris, cui libellus dedicatus esse videtur[2]), pietatem non talem fuisse puto, ut auctor sperare posset ad hanc virtutem colendam adhortando tyrannum aliquid effecturum se esse. Praeterea, quod Sitzler ipse concedit, fieri non potest, ut ex iis, quae scriptor praetermisit, argumenta petantur, quibus librum subditicium esse efficiatur.

Aeque Xenophon σωφροσύνην virtutem Socraticam alteram ad bene vivendum esse necessariam putat. Σώφρων enim est is, qui quid in quavis vitae condicione sit agendum perspicit (Mem. III 9,4; IV 6,7). Ἄρχοντα, quem auctor (c. 7—11) significat, hac virtute

---

[1]) cf. Sitzler l. c. p. 28.

[2]) cf. p. 67 sqq.

non carere ex omnibus quae, ut civium amorem sibi conciliet, dat praeceptis cognoscere potes. Atque principe bene rempublicam administrante etiam civium σωφροσύνη augetur: IX 8 ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτεῖ.

De temperantia nunc dicamus. Quae in Mem. Oeconom. Laced. rep. de conviviis, de ciborum generibus, de cupiditatibus imperandis, de periculis subeundis scripta sunt, simplicitatem summam referre Socratis iam Naumann[1]) docuit. Quae in Hierone omnino non desiderantur. Legas quaeso quae in cap. I 17 sqq. sunt, ubi auctor principem cibis delectis minus delectari quam cives simplicibus, atque sobrios et continentes ἥδιον ἐσθίειν καὶ πίνειν libidinosis exponit: causam huius rei esse, quod τὸ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον παρέχῃ τὰς ἡδονὰς (I 17), atque quod τοσούτῳ θᾶττον κόρος ἐμπίπτῃ τῆς ἐδωδῆς, ὅσῳ ἂν πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκανῶν (cf. Mem. III 11,13). I 22 τὰ πολλὰ μηχανήματα, quibus cibi praeparantur, Simonidi πάνυ παρὰ φύσιν εἶναι ἀνθρώποις videntur (cf. Cyr. (I 3,4); ibid. § 23 τοὺς ἡδέως ἐσθίοντας οὐδὲν προσδεῖσθαι τῶν σοφισμάτων ille dicit. Atque in cap. II 1 sq. se viros καλοὺς κἀγαθοὺς novisse Simonides dicit, qui a nullo coacti σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄψων καὶ ἀφροδισίων abstinuissent, quae auctorem hanc imprimis virtutem coluisse mihi persuadent. Quibus prorsus contraria atque dissimillima esse videntur, quae VI 2 dicta sunt, ubi Hieron vinum solum molestiis miseriisque homines liberare putat; similiter legis VII 3 σιτίοις καὶ ποτοῖς πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῷα. Sed mea quidem sententia ab auctore haec statuuntur, non quod decere homines putet ebrios esse et temulentos, sed potius homines in omne iocorum genus effusos laetitia et gaudio laborum molestiarumque memoriam optime discutere ille putat. Atque plane assentior Zellero[2]) putanti abstinentiam non tam eam Socrati fuisse, quae corporis voluptates fugiat, quam quae mediocriter iis indulgeat, dummodo ne haec virtus omnino hominibus arripiatur. Ac si quis putet Socratem naturae ipsi repugnasse atque eum dicat repudiavisse conviviorum epularumque voluptates, inspiciat, quae in Symp. II 26 dicit, quo loco amicos et Calliae convivas monet, ut voluptatibus, quas vinum afferat, se dedant neve repugnent. Praeterea conferas, quae similiter in Mem. 1 3,5; IV 5,9 de Socratis placidis moribus a Xenophonte dicta sunt. Eodem modo explicandum est,

[1]) l. l. p. 56 sq.

[2]) Philosophie der Griechen II 1[4], Leipzig 1889 p. 68 sq.

quae de somni dulcedinibus in Hierone exponuntur: I 6 τῷ ὕπνῳ ὅτι ἡδόμεθα δοκῶ μοι αἰσθάνεσθαι; VII 3 ὕπνοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῷα: somno homines delectari moderate usos Socrates contendit (cf. Mem. IV 5,9; Cyr. IV 2,22).

Cum temperantiae virtute plerumque est coniuncta alia, dico ἀνδρείαν; fortes eos esse putat Socrates, qui in magnis periculis ea, quae opus sunt, non neglegunt (Mem. IV 6,11). Quam virtutem quanti Hieronis auctor aestimet, ex eo intellegis, quod IX 6 principem eos, quos in bello fortissimos se praestitisse sciat celebrare atque praemiis afficere debere (ἀλκῆς τῆς ἐν πολέμῳ ἆθλα προτιθέναι) censet.

Hominem imprimis iustum se praebere debere Socratis atque Xenophontis est. Iustus vir Socrati est is, qui legitima facit (Mem. IV 4,12) neque solum in amicos beneficia confert, sed etiam inimicis detrimentum infert (Mem. II 1,28; IV 5,10 al.); quod praeceptum in omnibus fere operibus Xenophonteis habes; cf. Cyr. I 4,25; 6,28 sqq.; V 3,9; Ages. VI 8; IX 7; XI 10; 15; Hipparch. IV 10 alibi. In Hierone quoque libello saepe legis virum potentem imprimis amicos fovere, inimicis nocere posse; cf. II 2 ἱκανώτατοί ἐστε (sc. οἱ τύραννοι) κακῶσαι μὲν ἐχθρούς, ὀνῆσαι δὲ φίλους; VI 12 τοὺς μὲν φίλους μάλιστα εὖ ποιεῖν δυνάμεθα, τοὺς δὲ ἐχθροὺς πάντων μάλιστα χειρούμεθα; X 7. Atque IX 6 δικαιοσύνης τῆς ἐν συμβολαίοις praemia proponere principem decere Simonides dicit.

Iustitiam autem prae ceteris petendam esse Xenophon putat, si quis reipublicae praeesse civibusque imperare velit: illum solum, qui sit praeditus hac virtute, ad imperandum esse idoneum atque officia imperatoria praestare posse; quae in multis Xenophontis scriptis legis; cf. An. I 9,14; Ages. VII 3; XI 3 sqq.; Oec. XIII 6; 12; XXI 10; Mem. III 4,8; alibi persaepe. Atque primum quidem, quae boni ἄρχοντος, quem Xenophon imprimis in Cyropaedia depinxit, officia esse ille et Socrates putent exponamus: principis boni esse, non sibi ipsi, sed eorum, quos regit, saluti prospicere atque homines reddere meliores studere (Cyr. II 1,11). Quod ut fieri possit, summi momenti esse, ut, quaecunque iusserit princeps, cives in ea animum intendant; aliud enim esse civibus uti volentibus, aliud eos invitos in rebus gerendis habere (Cyr. III 1,28); quare optimum esse illud, quod Xenophon appellat τὸ ἐθελόντων ἄρχειν (Oec. XXI 12) et τὸ ἑκόντας πείθεσθαι (Cyr. I 6,21). Quod vero difficillime effici potest (Cyr. I 1,2 sq. 6,8), quam ob rem talis viri imaginem nobis proposuit in libro de Κύρου παιδείᾳ scripto,

quo docere voluit, quibus belli et pacis artibus imperium acquiri et servari possit[1]). Multas Hieronis libelli sententias Cyropaediae auctoritati esse tribuenda infra exponemus; id saltem nunc dicamus necesse est libellum idem spectare quod Cyropaediam: haud facile fieri posse, ut tyrannus civibus volentibus imperet, pars prior docet, parte altera tyrannus discit, ὡς τὸ ἄρχειν οὐδὲν ἀποκωλύει τοῦ φιλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πλεονεκτεῖ γε τῆς ἰδιωτείας (VIII 1) atque cives mandata eius, qui imperium obtineat, libenter exsequi demonstratur, si ille ipse καλὸς κἀγαθὸς ἀνήρ, τοὺς ἀρχομένους καλοὺς κἀγαθοὺς reddere in animo habeat. Quae omnia ut assequatur princeps, imprimis iustitia opus est. Quae virtus Cyro tamquam rei publicae cardo est, atque quanta sit Cyri ipsius, inde cognoscere libet, quod puer duodecim annorum illam virtutem quod sequitur, gloriatur (I 3,16), eos, qui rem bene gesserint, laudat et omni honorum persequitur genere (cf. Cyr. II 1,30; 2,21; 3,12; III 3,4; IV 2,12; VII 2,6; 5,85; VIII 1,29; 39; 2,3 sq.), τὰ κράτιστα τοῖς ἀρίστοις dat (Cyr. VII 5,35), eos autem, qui dicto non fuerint audientes, reprehendit atque punit (Cyr. VIII 3,21 al.). Qua in re imprimis principis iustitiam perspici puto. Idem valet in Hierone libello, quod optime ex cap. IX. intelleges: optimum quemque esse laude dignum: IX 2 τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν; pessimum autem poena et reprehensione: ib. τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν; VIII 9 κολαστέον τοὺς ἀδίκους, κωλυτέον δὲ τοὺς ὑβρίζειν βουλομένους. Iustitiam ergo praecipue tyranno, ut imperium tueatur, necessariam putat auctor sicuti Xenophon, etiamsi concedendum est paulum intercedere inter Hieronis auctorem et Xenophontem: ille enim hanc virtutem tyranno opus esse putat utilitatis causa, Xenophon autem eam idcirco commendat, ut homines meliores fiant.

Neque alia desiderantur praecepta, quae Cyrus et Agesilaus ἄρχοντες ad imperium tuendum sequuntur. Nam quod aemulatione maxime homines impelli ad virtutem Simonides in cap. IX 6sqq. docet, id Xenophon, cum divinitus honoris cupiditatem esse insitam affirmet (Hier. VIII 5) atque multum conferre ad homines meliores efficiendos putet, in omnibus fere libris commendavit[2]). Inspicias imprimis, quae Xenophon in Hell. III 4,16sqq. de Agesilao dixit.

---

[1]) Similiter disputavit P. Werner, quae fuerit Xen. de rebus publicis sententia exponatur, diss. Breslau 1851 p. 11.

[2]) De certaminibus, praemiis similibusque diligentius egit Naumann l. l. p. 55.

Atque certamina, ἀγῶνας ἱππικοὺς et γυμνικοὺς et χορηγικοὺς Xenophon libenter spectavit, quod ex eo concludere licet, quod saepissime imagines ab eiusmodi certaminibus deprompsit[1]). Affero exempla, quae hunc consensum Hieronis aliorumque Xenophontis operum luculenter ostendunt: Hier. IX 11 ὁρᾷς ἐν ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς καὶ χορηγικοῖς ἀγῶσιν ὡς μικρὰ ἆθλα μεγάλας δαπάνας . . . ἐξάγεται; cf. Hipparch. I 26 εἰ δὲ ἆθλά τις δύναιτο προτιθέναι . . ., πάντας οἶμαι Ἀθηναίους καὶ μάλιστ' ἂν προτρέπειν εἰς φιλονικίαν. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς χοροῖς ὡς μικρῶν ἄθλων ἕνεκα πολλοὶ μὲν πόνοι, μεγάλαι δὲ δαπάναι τελοῦνται. Eadem imago etiam in Hier. IX 6 legitur: εἴ τις καὶ τούτοις ὥσπερ τοῖς χοροῖς ἆθλα προτιθείη; atque invenis in Mem. III 3,12 sqq., ubi Socrates magistrum equitum docet, quomodo militum φιλοτιμίαν excitet. Atque imprimis a principe omni hominum generi praemia virtutis esse ponenda Simonides censet; cf. IX 6 ἆθλα . . . καὶ εὐοπλίας καὶ εὐταξίας καὶ ἱππικῆς καὶ ἀλκῆς τῆς ἐν πολέμῳ καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐν συμβολαίοις; IX 7 praemia agriculturae commendat: εἴ τις ἆθλα προτιθείη κατ' ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας τοῖς κάλλιστα τὴν γῆν ἐξεργαζομένοις κ. τ. λ.; IX 9 praemia mercaturae: εἰ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν, τιμώμενος ἂν ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν καὶ ἐμπόρους ἂν πλείους ἀγείροι . . . . ὁ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τιμήσεται. Quibus locis Hieronis auctor Socratis praecepta transfert ad vitae usum; cf. Mem. III 4,8 καὶ μὴν τὸ τοὺς κακοὺς κολάζειν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν ἀμφοτέροις (sc. οἰκονόμῳ καὶ στρατηγῷ) οἶμαι προσήκειν; atque ii, qui ἀγαθόν τι εἰσηγοῦνται, a Cyro ἀτίμητοι non discedunt; cf. Cyr. II 3,12; VII 5,85; VIII 1,39. Sin autem omnes homines in sua quisque arte rem optime gerere conantur, magnum fructum et utilitatem capiunt, et divitiae augentur et respublica; cf. Cyr. I 6,18; VIII 1,39. Cf. Hier. IX 7 sq.: τοῖς εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν ἐρρωμένως τρεπομένοις πολλὰ ἂν ἀγαθὰ περαίνοιντο· καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ' ἂν καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτεῖ; IX 10 καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν ὠφελίμων μέλῃ, ἀνάγκη εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον καὶ ἐπιτελεῖσθαι. Inde vero, quod bonos honorat princeps et beneficiis obruit, oritur aliud (cf. Cyr. I 6,24): quorum omnium amorem rex talis sibi comparabit atque firmissimum regni et vitae fundamentum ponet, neque fieri potest, quin talem regem sequatur summa felicitas, quam Cambyses ait Cyro maxime esse appetendam. Idem spectat Hieronis

---

[1]) cf. Eichler l. l. p. 9.

altera pars, qua quomodo tyrannus beatam vitam degere possit, auctor exponit.

Sed alias quoque id assequendi rationes extare explicat Xenophon; elaborandum principi in eo esse dicit, ut tamquam pater cives subiectos diligat et omnium quibus praeest saluti prospiciat, neque quin labores et pericula pro civibus subeat recuset. (Cyr. I 6,24; VIII 2,1 sqq.; Ages. I 22; Lac. XII 7; XIII 1)[1]. Quae praecepta Cyrus et Agesilaus non neglegunt, atque eorum humanitas optime est descripta; cf. Cyr. I 2,1; 4,1; II 1,13; 4,9; V 1,1; VIII 1,40; 2,3 sq.; 4,8; Ages. I 17 sqq.; II 25 sq.; VIII 1 sqq.; alibi. Ut humanitatis virtute utatur Simonides quoque Hieroni suadet, ὅτι διὰ τὸ μεῖζον δύνασθαι ὁ ἄρχων καὶ χαρίζεσθαι πλείω δύναται (VIII 2) quam homines privati; cf. VIII 5 διαλεγόμενοι ἀγαλλόμεθα τοῖς προτετιμημένοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι. Similiter in Cyr. II 1,13 ἀλλὰ γιγνώσκω, ὅτι οἱ τῶν ἱκανωτάτων καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν λόγοι οὗτοι καὶ μάλιστα ἐνδύονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων καὶ δῶρά γε ἣν διδῶσιν οἱ τοιοῦτοι, κἂν μείω τυγχάνῃ ὄντα ἢ τὰ παρὰ τῶν ὁμοίων, ὅμως μείζονος αὐτὰ τιμῶνται οἱ λαμβάνοντες. καὶ νῦν οἱ Πέρσαι παρασττάται ὑπὸ Κύρου μᾶλλον ἡσθήσονται ἢ ὑφ᾽ ἡμῶν παρακαλούμενοι, εἴς τε τοὺς ὁμοτίμους καθιστάμενοι βεβαιοτέρως σφίσιν ἡγήσονται ἔχειν τοῦτο ὑπὸ βασιλέως τε παιδὸς καὶ ὑπὸ στρατηγοῦ γενόμενον ἢ εἰ ὑφ᾽ ἡμῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο γίγνοιτο. Porro Simonides, ut ἀρχομένοις ad unum omnibus familiariter utatur, Hieroni suadet, ut benevolenter atque benigne cives alloquatur: VIII 8 ἰδὼν γὰρ πρῶτον προσειπάτω τινὰ φιλικῶς ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ ἰδιώτης· ἐν τούτῳ τὴν ποτέρου πρόσρησιν μᾶλλον εὐφραίνειν τὸν ἀκούσαντα νομίζεις; ἴθι δὴ ἐπαινεσάντων ἀμφότεροι τὸν αὐτόν· τὸν ποτέρου δοκεῖς ἔπαινον ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην; (cf. Cyr. VII 5,35 sq.; VIII 3,19 sq.); ut aegrotis consulat: VIII 4 κάμνοντα θεραπευσάτωσαν ὁμοίως (sc. ὁ τύραννος καὶ ὁ ἰδιώτης)· οὐκοῦν τοῦτο σαφὲς ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων θεραπεῖαι καὶ χαρὰν ἐμποιοῦσι μεγίστην (cf. Cyr. V 4,18; VIII 2,24 sq.; Oec. VII 37; Ages. VII 3)[2]. Sed non sufficit principem esse humanum, opus est τῶν ἀρχομένων animos sibi conciliare donis et beneficiis (An. I 9,14 sqq.), neque inter dona eiusdem pretii ullum esse iucundius quam τοῦ ἄρχοντος Xenophon in Cyr. II 1,13 dicit. Plurimi principum interesse eos quibus se benevolenter gerere velint, cenarum participes facere

---

[1]) praeterea cf. Werner l. l. p. 13.

[2]) cf. K. Joel, l. c. II 2 p. 1031.

(Cyr. I 3,7; 4,11; II 1,30; 3,24; III 2,25; VIII 4,6; Ages. V 1; Lac. XV 4[1])). Quod Hieronis auctor in animo habet VIII 3, ubi Simonides, ut cives ad cenas invitet, Hieronem monet: θύσας δὲ τιμησάτω ἑκάτερος· τὴν παρὰ ποτέρου τιμὴν μείζονος ἂν χάριτος δοκεῖς τυγχάνειν; Omnino autem oportere principem esse liberalem et donando hominum amorem sibi acquirere Xenophon putat (cf. Cyr. II 3,12; 4,9; V 1,28; VIII 2,7 sqq.; 4,31 al.). Quocum conferas illud Hieronis: VIII 4 δότωσαν δὴ τὰ ἴσα· οὐ καὶ ἐν τούτῳ σαφὲς ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἡμίσειαι χάριτες πλέον ἢ ὅλον παρὰ τοῦ ἰδιώτου δωρήματα δύνανται.

Atque principi praesto est alia ratio imperii tuendi, scilicet amicitia, quam Socrates omnibus hominibus esse utilissimam censet, sine qua nullum imperium, nulla civitas, nulla familia stare possit. Quam virtutem quanti aestimet, Socrates docet in Mem. (II 4—6; 10; III 11), qui et ipse amicos sibi comparare studet (Mem. I 2,6 sq.). Ex Cyropaedia quoque discimus, quam utile Xenophon praecipue principibus amicitiam ipsam esse putaverit; et Cyro et Agesilao maius gaudium fert alios homines quam semet ipsos augere opibus (cf. Cyr. V 1,28; VIII 2,19; 4,36; Ages. I 17 sqq.; 35 sq.; 38; II 23; 25 sq.; 29; 31; III 2; IV 3 sq.; VI 4 sq.; 8; VII 3; VIII 1 sqq.; IX 7; XI 3; 5; praecipue legas, quae Xenophon de Cyri amicis in An. I 9,20 sqq. dicit), qua ex re illos omni ratione amicos sibi conciliare studere apparet[2]). Hieronis quoque libelli auctor amicitiam plurimi aestimat, quod iam ex eo intellegere licet, quod in Hierone tricies novies φίλος, ter σύμμαχος, decies ter χάρις vocibus utitur, qui numeri pro rata portione non longe discrepant a Cyropaedia et Agesilao[3]). Atque auctor ipse, quanti hanc virtutem aestimet, exponit: III 1 sqq. πρῶτον μὲν εἰ μέγα ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἡ φιλία, τοῦτο ἂν ἐπισκεψώμεθα. ὃς γὰρ ἂν φιλῆται δήπου ὑπό τινων, ἡδέως μὲν τοῦτον οἱ φιλοῦντες παρόντα ὁρῶσιν, ἡδέως δὲ εὖ ποιοῦσιν, ποθοῦσι δέ, ἤν που ἀπῇ, ἥδιστα δὲ πάλιν προσιόντα δέχονται, συνήδονται δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς, συνεπικουροῦσιν δέ, ἐάν τι σφαλλόμενον ὁρῶσιν. οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν ⟨καὶ⟩ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί . . . (5) τοσοῦτον δέ τι ἀγαθὸν κρίνω ἔγωγε τὸ φιλεῖσθαι εἶναι ὥστε νομίζω τῷ ὄντι αὐτόματα τἀγαθὰ τῷ φιλουμένῳ γίγνεσθαι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων. Tyrannos miseratur Hieron, quod hac felicitate carent

---

[1]) cf. Werner l. l. p. 13.
[2]) cf. Joel l. l. II 2 p. 1047.
[3]) cf. Joel l. l. II 2 p. 1045.

III 6 sqq.), atque VI 1 sq. auctor eundem describentem facit eorum condicionem, qui ἡλικιωτῶν consuetudine usi vitam bene et feliciter agunt comparatis eorum miseriis, qui sine amicis fidelibus cum hominibus malis et improbis vitam communicant. Eiusmodi miseris nunquam fieri potest, ut amicos sibi adiungant (cf. Hier. VI 12). Itaque tyranni τὰ οἴκοι ἄλλοις παρακαταθέμενοι ἀποδημεῖν (I 12) non possunt. Et re vera, si quis imperium tenere velit, amicos sibi comparare oportere dicit Simonides in illo praeclarissimo epilogo (XI 14 sqq.): νόμιζε τὴν μὲν πατρίδα οἶκον, τοὺς δὲ πολίτας ἑταίρους, τοὺς δὲ φίλους τέκνα σεαυτοῦ, τοὺς δὲ παῖδας ὥσπερ τὴν σὴν ψυχὴν . . . ἐὰν γὰρ τοὺς φίλους κρατῇς εὖ ποιῶν οὐ μή σοι δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι. Eiusmodi similia saepissime Xenophon praebet de bono principe: Cyr. VIII 1,1 πολλάκις κατενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ; praeterea VIII 8,2; Ages. VII 3. Atque Socratis est decere hominem, ἄρχοντα imprimis, τοὺς φίλους εὖ ποιοῦντα νικᾶν (cf. Mem. II 3,17; 6,35), quod Cyrus et Agesilaus non neglegunt; cf. Anab. I 9,11 φανερὸς ἦν (sc. ὁ Κῦρος) καὶ εἴ τίς τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτόν, νικᾶν πειρώμενος· καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν ἔστε νικῴη καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος; simil. An. I 9,24; Cyr. V 1,29; VIII 2,13; 7,28; Ages. IX 7 νικῴη δὲ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἑταίρους εὐεργετῶν, τοὺς δὲ ἀντιπάλους τιμωρούμενος.

Hae sunt rationes, quibus facile efficere potest princeps τὸ ἑκόντας πείθεσθαι et τὸ ἐθελόντων ἄρχειν, quibusque civium amorem sibi conciliat. Id fieri Hieronis auctor imprimis in epilogo (cap. XI 8 sqq.) docet, qui abundat sententiis atque iudiciis plane Xenophonteis. Princeps, qualem diximus, ab omnibus hominibus laudatur atque honoribus afficitur (An. I 9,12 sqq.); cf. Hier. VII 9 ὅταν γὰρ ἄνθρωποι ἄνδρα ἡγησάμενοι εὐεργετεῖν ἱκανὸν εἶναι, καὶ ἀπολαύειν αὐτοῦ ἀγαθὰ νομίσαντες, ἔπειτα τοῦτον ἀνὰ στόμα τε ἔχωσιν ἐπαινοῦντες, θεῶνταί τ' αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἕκαστος ἀγαθόν, ἑκόντες τε παραχωρῶσι τούτῳ ὁδῶν κ. τ. λ. καὶ ἔγωγε τὸν μὲν οὕτω τιμώμενον μακαρίζω. Bonum si se praestat rex, omnes eum diligunt et amant, ita ut apud omnes homines magna auctoritate utatur; cf. Ages. VI 8 ἄμεμπτος δ' ὑπὸ τῶν φίλων, πολυεραστότατος δὲ καὶ πολυεπαινετώτατος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων; quocum conferas Hier. XI 9 περίβλεπτος δὲ ὢν οὐχ ὑπὸ ἰδιωτῶν μόνον ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πολλῶν πόλεων ἀγαπῷο ἄν, καὶ θαυμαστὸς οὐκ ἰδίᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ παρὰ πᾶσιν ἂν εἴης, et XI 11 πᾶς δὲ ὁ μὲν παρὼν σύμμαχος ἂν εἴη σοι, ὁ δὲ ἀπὼν ἐπιθυμοίη ἂν ἰδεῖν σε. ὥστε οὐ μόνον φιλοῖο ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐρῷο ὑπ' ἀνθρώπων. Quibus

Hieronis locis simillimum quoddam dictum ex Mem. III 6,2 oppono, ubi Socrates Glauconi, quanta auctoritate uti possit princeps bonus exponit: δυνατὸς μὲν ἔσει αὐτὸς τυγχάνειν ὅτου ἂν ἐπιθυμῇς, ἱκανὸς δὲ τοὺς φίλους ὠφελεῖν, ἐπαρεῖς δὲ τὸν πατρῷον οἶκον, αὐξήσεις δὲ τὴν πατρίδα, ὀνομαστὸς δ' ἔσει πρῶτον μὲν ἐν τῇ πόλει, ἔπειτα ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἴσως δ' ὥσπερ Θεμιστοκλῆς, καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις· ὅπου δ' ἂν ᾖς, πανταχοῦ περίβλεπτος ἔσει; praet. cf. Ages. I 19; VI 4 al. Principi iusto et ἀγαθῷ οἱ ἀρχόμενοι libenter oboediunt, atque quae iussa sunt, bene exsequuntur (Oec. II 5; Cyr. I 1,4 sq.); cf. Hier. XI 12 ἑκόντας δὲ τοὺς πειθομένους ἔχοις καὶ ἐθελουσίως σου προνοοῦντας θεῷο ἄν. Multi homines ad eius amicitiam se aggregare cupiunt, neque quisquam eius inimicus esse vult; cf. Cyr. V 3,32. Quam ob rem οἱ ἀρχόμενοι libenter ei gratum faciunt; cf. Cyr. III 3,2; VIII 6,23; cf. Hier. XI 10 ἀεὶ γὰρ ἂν παρά σοι πανήγυρις εἴη τῶν βουλομένων ἐπιδεικνύναι εἴ τίς τι σοφὸν ἢ καλὸν ἢ ἀγαθὸν ἔχοι, τῶν δὲ καὶ ἐπιθυμούντων ὑπηρετεῖν; ib. § 12 πολλῶν μὲν δωρεῶν ἀξιούμενος . . . . πάντας μὲν συγχαίροντας ἔχων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς, πάντας δὲ πρὸ τῶν σῶν ὥσπερ τῶν ἰδίων μαχομένους. Hoc modo civibus utitur praesidio, quo nixus non solum a periculis, quae tyranno imminent, tutus est, sed etiam ab unoquoque in molestiis laboribusque adiuvatur omni ratione et consilio (cf. Cyr. VIII 7,13 ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον; VII 1,30; Oec. IV 19; Mem. II 7,1). Conf. Hier. XI 11 sq.: φόβον οὐκ ἂν ἔχοις ἀλλ' ἄλλοις παρέχοις μή τι πάθῃς . . . εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους μόνον ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἄν; similiter VII 10. Atque si quis amicos beneficiis non afficit, in rebus agendis solus erit ut Hiero tyrannus (VI 1; cf. Oec. II 5 εὖ ποιεῖν ἢ ἔρημον συμμάχων εἶναι). Nam princeps donando non solum gloriam adipiscitur, sed ipse quoque augetur, quod qui beneficia acceperunt, gratias ipsi referent (Cyr. I 6,10 sq.; VIII 3,49; Oec. XII 6 sq.; Mem. I 3,11 sqq.) atque amici ipsi fient fideles, in quibus firmissimum quasi imperii fundamentum exstruit (Cyr. VIII 2,7; 7,13). Ἄρχοντα ipsum sibi magnum bonum acquirere cum amicis res communicantem atque se ditiorem reddere Simonides censet: XI 13 θησαυρούς γε μὴν ἔχοις (ἂν) πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. ἀλλὰ θαρρῶν, ὦ Ἱέρων, πλούτιζε μὲν τοὺς φίλους· σαυτὸν γὰρ πλουτιεῖς. αὖξε δὲ τὴν πόλιν· σαυτῷ γὰρ δύναμιν περιάψεις· κτῶ δὲ αὐτῇ συμμάχους ⟨σαυτῷ γὰρ ἕξεις συμμαχοῦντας⟩ [1]; XI 4 προσό-

---

[1]) lacunam Schneiderus sic supplevit.

δους δὲ ποτέρως ἂν δοκεῖς πλείονας γίγνεσθαι, εἰ τὰ σὰ ἴδια μόνον ἐνεργὰ ἔχοις ἢ εἰ τὰ πάντων τῶν πολιτῶν μεμηχανημένος εἴης ἐνεργὰ εἶναι. Quod in animum revocat, quae de Cyri amicis Xenophon in Anab. I 9,12 sqq. dicit, atque imprimis in Cyr. VIII 2,15—19: cum Croesus Cyrum liberalitatem ei ipsi damno fore atque postea sine opibus et divitiis ei vitam degendam esse docuisset, ille ridens, quot donando sibi comparavisset amicos significavit, qui sibi, ubi vellet, quidquid auri, argenti, nummorum possiderent, daturi atque omni ratione se adiuturi essent. Atque re vera, cum Cyrus deinde amicos, ut hoc facerent, admonuisset, illi aurum, argentum aliaque bona contulerunt. Quam fabellam auctori Hieronis in animo fuisse in scribendo hoc epilogo ut putes fieri potest.

Quibus locis collatis apparet sententias et in Hierone et in scriptis vere Xenophonteis de virtutibus, quibus eorum qui regunt, eorumque qui reguntur amicitia stabilitur, allatas admodum esse similes. Sed pergamus sententias cuiusvis generis easque universas plane Xenophonteas in hoc libello detegere.

Nihil tam utile ad augendas opes visum est Xenophonti quam cultus agrorum et fructuum (cf. Oec. V; XV 3 sqq.), atque ipsum Scillunte, in oppidulo Peloponnesiaco per vitae magnam partem huic studio operam dedisse scimus; itaque prorsus Xenophonteum est illud de agricultura IX 7 sqq.: καὶ τὸ πάντων γε χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ εἰθισμένον διὰ φιλονικίας πράττεσθαι, ἡ γεωργία αὐτὴ ἂν πολὺ ἐπιδοίη, εἴ τις ἆθλα προτιθείη κατ᾽ ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας . . . κ. τ. λ.; X 5 πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοῖς ἐν χώρᾳ ἐργάταις καὶ κτήνεσιν οὗτοι (sc. οἱ μισθοφόροι) ἂν εἰκότως καὶ θάρρος . . . μάλιστα παρέχειν (sc. δύνανται), ὁμοίως μὲν τοῖς σοῖς ἰδίοις, ὁμοίως δὲ τοῖς ἀνὰ τὴν χώραν.

Tamen dubium non est, quin et alias rationes, quae ad civitatis cuiusvis generis reditus amplificandos pertineant, Xenophon cognoverit. Apparet e libro, qui Πόροι inscribitur[1]), Xenophontem mercaturae favisse, ut Athenas quam plurimae divitiae confluerent[2]). Neque non Socrateum est: cf. Mem. III 6,5 sqq., ubi Socratem cum iuvenibus Atheniensibus de civitatis redituum condicione collocutum esse Xenophon narrat; similia habes in Lac. VII 1. Huc etiam refero Hier. IX 8 sq., ubi auctor mercatorum condi-

---

[1]) hunc libellum esse genuinum nunc inter omnes constare videtur; cf. Zurborg l. l. p. 1 sqq.; Gleiniger l. l. p. 1 sqq.

[2]) cf. W. Oncken, Isocr. u. Athen, Heidelberg 1862 p. 9; Zurborg l. l. p. 33.

cionem praemiis exponendis sublevare studet: εἴ τις ἆθλα προτιθείη . . . καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ᾽ ἄν . . ., εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν, τιμώμενος ἂν ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν καὶ ἐμπόρους ἂν πλείους ἀγείροι. εἰ δὲ φανερὸν γένοιτο ὅτι καὶ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τιμήσεται, οὐδ᾽ αὕτη ἡ σκέψις ἂν ἀργοῖτο; cf. Vect. III 3 εἰ δὲ καὶ τῇ τοῦ ἐμπορίου ἀρχῇ ἆθλα προτιθείη τις, . . . πολὺ ἂν καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ ἥδιον ἐμπορεύοιντο. Tamen in hac argumentatione respiciendum est hos locos non admodum esse graves ad libelli auctoritatem tuendam, cum, quicunque tale argumentum quale in hoc libello exponitur, tractare volebat, agriculturae et mercaturae curam principi ad rem publicam servandam maxime esse necessariam docere coactus esset.

Etiam res levioris momenti ab Socrate esse propagatas iam Naumann[1]) docuit. Huc refero, quod Lincke[2]) et Sitzler[3]) Xenophonteum esse negant illud I 4 sqq., ubi auctor de voluptatibus atque incommodis, quae sensus, visus, auditus, gustatus, odoratus, res venereae hominibus afferunt, diserte loquitur. Similiter Socrates in Mem. I 4,5 sqq., quem fructum homines ex sensibus capiant, exponit, atque de odoratu multis verbis dictum est in Symp. II 3[4]). Itaque puto ea Xenophontis manum prodere, falsa Linckium et Sitzlerum iudicasse.

Iam propius accedamus ad ea, quae Lincke[5]) auctori exprobrat scilicet in hoc libello totiens (I 26—38; III 3 sq.; VI 2; VII 5; VIII 6; XI 11; quos locos R. Shindler in editione Hieronis, London 1884, quo libro uti non penes me erat[6]) esse interpolatos putat) dici de rebus amatoriis. Quae ei, qui Xenophontis opera pervolutaverit, non mira esse videntur, cum saepissime tales sermones libris inserat; cf. Mem. I 3,8 sqq.; II 1,30; 2,4; alibi; Cyr. I 6,34; II 2,28; V 1,9 sqq.; VII 5,63; alibi. Atque similiter dictum ei, quod in Hier. III 4 de condicione mulieris ἀφροδισιασθείσης scriptum invenis: ἐπεὶ ὅταν γε ἀφροδισιασθῇ κατὰ συμφοράν τινα γυνή, οὐδὲν ἧττον τούτου ἕνεκα τιμῶσιν αὐτὰς οἱ ἄνδρες, ἐάν περ

---

[1]) l. l. p. 56.

[2]) l. l. p. 242.

[3]) l. l. p. 28.

[4]) Eiusmodi sententiae saepius ap. Xen. aliosque leguntur; cf. S. O. Dickerman, de argumentis quibusdam ap. Xen. Plat. Aristot. obviis e structura hominis et animalium petitis, diss. Halle 1909 p. 1 sqq.

[5]) l. l. p. 226 sq.

[6]) cf. Hager l. c. p. 745.

ἡ φιλία δοκῇ αὐταῖς ἀκήρατος διαμένειν, legis in Cyr. III 1,39, ubi Tigranes dicit homines ea de causa adulteros necare, quod sibi ab illis uxorum amor eripiatur: οὐδ' οἱ ταῖς ἑαυτῶν γυναιξὶ λαμβάνοντες συνόντας ἀλλοτρίους ἄνδρας οὐ τοῦτο αἰτιώμενοι αὐτοὺς κατακαίνουσιν ὡς ἀκρατεστέρας ποιοῦντας τὰς γυναῖκας. ἀλλὰ νομίζοντες ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν, διὰ τοῦτο ὡς πολεμίοις αὐτοῖς χρῶνται; similia legis: Cyr. VIII 1,28 καὶ γυναῖκας δὲ ἃς ἂν αἰδουμένας αἰσθάνωνται, ἀνταιδεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλουσιν ὁρῶντες, atque Mem. II 1,5. Gravius argumentum Hieronis a Xenophonte abiudicandi protulit Sitzler[1]). Qui cum a Socrate modum esse in amore servandum edoctus esset Xenophon (cf. Mem. I 2,1; 3,8—15; 6,8; II 6,1 al.), atque ipse in Lac. II sicut Socrates in Symp. VIII 20 puerorum amorem non probet, intellegere non potest, quam ob rem auctor idem in Hierone libello sententiam commutaverit; legas praecipue, quae dicta sunt in cap. I 29—38, quibus paragraphis Xenophontem puerorum amorem probare ut credas facile adducaris, cum hoc loco late et diserte de hoc amore dicat neque hoc vitium vituperet. Quam gravem discrepantiam iam Nicolai[2]) delere conatus est etiamsi argumento non satis idoneo ad persuadendum. At affero, quae dicit ille vir doctus: Indess scheint doch Xenophon, wenn er auch selbst sich rein hielt, in der Praxis des Lebens zuweilen milder über ein Laster geurteilt zu haben, das eine Verirrung seines ganzen Volkes geworden war. Eine Spur davon erkennt man in der Geschichte von dem Olynthier Episthenes (An. VII 4,7), die er als eine lustige Anekdote seinen Kriegsberichten ohne ein Wort der Missbilligung einfügt. Ad hoc argumentum parum subtile accedit gravius quoddam: etenim cum hic libellus Dionysio minori sit dedicatus[3]), hoc loco auctorem necessitate esse coactum puto respicere cupidines quasdam malas Dionysii minoris tyranni, cum huic libidini illum servire non ignoraret; quam ob rem ei exponendum erat, quid tyrannus de hac re sentiret; neque Simonidem auctor, quid ipse de hoc vitio sentiret, loquentem facere potuit, nisi sermonem ab his duobus personis inceptum subito et immature abrumpi volebat.

Xenophon delectatur ludis et splendore et magnificentia atque talia libenter describit; cf. An. I 2,18; II 3,3; III 2,7; IV 8,27; Cyr. VI 4,1; VII 1,2; VIII 3; Mem. II 1,22; Equ. VII 2; XII 2;

[1]) l. c. p. 25 sqq.

[2]) l. l. p. 11.

[3]) cf. p. 67 sqq.

Oec. IV 21 sqq.; Hipparch. III 10 sqq.[1]). Conferas in hoc libello: I 11 εἰς τὰς κοινὰς πανηγύρεις, ἔνθα ἃ ἀξιοθεατότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συναγείρεται; I 18; II 2 διαφέροντα κάλλει ὅπλα, ὑπερέχοντα δὲ κόσμον γυναιξίν, μεγαλοπρεπεστάτας οἰκίας, καὶ ταύτας κατεσκευασμένας τοῖς πλείστου ἀξίοις; XI 3 ὅπλοις τοῖς ἐκπαγλοτάτοις κατακεκοσμημένος; XI 5; 7 καλλίστῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἀγωνίσματι; simile quoddam in Lac. IV 2; Ages. IX 7 καλλίστων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων ἀγωνισμάτων; Hier. XI 10.

Praeceptum cynicum[2]) legis VI 6 sq., ubi auctor depingit malam condicionem eius, cuius animus percruciatur timore: ὅ γε τοι φόβος οὐ μόνον αὐτὸς ἐνὼν ταῖς ψυχαῖς λυπηρός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἡδέων συμπαρακολουθῶν λυμεὼν γίγνεται. εἰ δὲ καὶ σὺ πολεμικῶν ἔμπειρος εἶ, καὶ ἤδη ποτὲ πολεμίᾳ φάλαγγι πλησίον ἀντετάξω, ἀναμνήσθητι, ποῖον μέν τινα σῖτον ᾑροῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ποῖον δέ τινα ὕπνον ἐκοιμῶ. Similia ac pleniora in Cyr. III 1,23 sqq. habes: οἴει τι μᾶλλον καταδουλοῦσθαι ἀνθρώπους τοῦ ἰσχυροῦ φόβου; . . . οὓς δ' ἂν σφόδρα φοβηθῶσιν ἄνθρωποι, τούτοις οὐδὲ παραμυθουμένοις ἔτι ἀντιβλέπειν δύνανται, . . . ὁ φόβος τοῦ ἔργῳ κακοῦσθαι μᾶλλον κολάζει τοὺς ἀνθρώπους . . . ἐπίστασαι ὅτι οἱ μὲν φοβούμενοι μὴ φύγωσι πατρίδα καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι δεδιότες ἡττηθῶσιν ἀθύμως διάγουσιν, [καὶ οἱ πλέοντες μὴ ναυαγήσωσι,] καὶ οἱ δουλείαν καὶ δεσμὸν φοβούμενοι, οὗτοι μὲν οὔτε σίτου οὔθ' ὕπνου δύνανται λαγχάνειν διὰ τὸν φόβον· οἱ δὲ ἤδη μὲν φυγάδες, ἤδη δ' ἡττημένοι, ἤδη δὲ δουλεύοντες, ἔστιν ὅτε δύνανται καὶ μᾶλλον τῶν εὐδαιμόνων ἐσθίειν τε καὶ καθεύδειν κτλ. οὕτω πάντων τῶν δεινῶν ὁ φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς.

Hier. II 4: ἔνθαπερ (sc. ἐν ταῖς ψυχαῖς) καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται[3]) sententiam simillimam conferre licet Symp. IV 34: νομίζω τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐν τῷ οἴκῳ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν ἔχειν ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς. Praeterea veri simillimum puto auctorem hoc Hieronis loco respicere Socratis de δαιμονίῳ praecepta[4]).

In Hier. XI 3 auctor cives bene exornatos ornamentum esse

---

[1]) cf. p. 25.

[2]) cf. Joël II 1 p. 458,1; Stob. III 8,14 Hs.

[3]) Quae verba, quod nusquam ap. Xenoph. legit, Sitzlero (p. 29) a Xenophonte abhorrere videntur.

[4]) de Socratis daemonio cf. A. Willing, de Socr. daemonio quae antiquis temporibus fuerint opiniones, Commentat. philol. Ienenses VIII 1909 p. 129 sqq.; F. Bock. Untersuchungen zu Plutarchs Schrift περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου, diss. München 1910,

ducis ait: ὅπλοις δὲ πότερον τοῖς ἐκπαγλοτάτοις αὐτὸς κατακεκοσμημένος δεινότερος ὢν φαίνοιο τοῖς πολεμίοις ἢ τῆς πόλεως εὐόπλου σοι οὔσης; cf. Cyr. III 3,6 νομίζων ὅτι καλὸν κἀγαθὸν ἔχοι τὸ στράτευμα, τούτοις ἅπασιν αὐτὸς κεκοσμῆσθαι. Atque simile ei, quod legis Hier. XI 5 sqq., ubi victoriam victoris non solum sed etiam patriae augere auctoritatem auctor exponit, invenis in Mem. III 7,1 τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας νικᾶν καὶ διὰ τοῦτο αὐτός τε τιμᾶσθαι καὶ τὴν πατρίδα ἐν τῇ Ἑλλάδι εὐδοκιμωτέραν ποιεῖν.

Porro quod auctor IV 2 homines regentes διὰ τὸ ἀπιστεῖν μὴ καὶ ἐν σιτίοις καὶ ποτοῖς κακόν τι φάγωσιν ἢ πίωσιν, frui ministros, priusquam ipsi edant, iubere dicit, Persarum mores illum respicere facile putes, de quibus in Cyr. I 3,9 sq. accurate narrat, quos illum ipsum in Persarum principis aula versatum cognovisse veri simile est.

Postremo accuratius inquiramus in ea argumenta libelli a Xenophonte abiudicandi e libelli materie petita, quae protulit Lincke[1]. Iam Richter[2]), licet causas non attulerit, Linckii disputationes non idoneas esse ad probandum intellexit. Lincke res politicas in libello descriptas has esse dicit: auctorem depingere tyrannum, qui in libera civitate atque institutis ad libertatem educata contra maiorum mores, contra leges, vi et armis regnum occupaverit. Cum neque eiusmodi civitatis condicio neque vir, qui, quamquam ipse civitatis liberae fuerit civis atque vitae privatae voluptates atque suavitates degustaverit, tamen haec omnia pro civium salute remittere velit, Xenophontis aetate in Graecia inveniatur, librum Xenophontis esse negat ille vir doctus atque, cum libelli loquendi usus Demetrii Phalerei similis sit, atque res politicae in libello descriptae cum statu rei publicae Atheniensium, qualis fuerit aetate illius tyranni, congruere videantur, tempori, quin etiam nomini Demetrii hunc libellum addicit. Etiamsi haud pauca Linckii sententiae favere videntur, tamen librum non esse Xenophontis mihi eius argumenta non persuadent. Nam huius libelli argumentum cur Linckius ab historia Graeca suae ipsius aetatis putet Xenophonti fuisse petendum non intellego, cum in aliis quoque scriptis velut in Cyropaedia aliarum rerum publicarum historias atque res describat. Atque Xenophontem re vera in hoc dialogo historiam Siculam Dionysii maioris respicere intra[3]) docebimus. Aliud argumentum Linckius ex eo petivit, quod auctor V 3; VIII 10; X 1 sqq. maximam in satellitibus mercede conductis utilitatem

---

[1]) l. l. p. 224 sqq.

[2]) in Burs. annal. 117, 1903 p. 67 sq.

[3]) cf. p. 63 sqq.

esse multis causis prolatis demonstret, quamquam Xenophon in Cyr. I 2,12; II 1,20 sq.; VII 5,84; Mem III 2; Hipparch. IX 4 rem publicam nisi civium exercitu nitentem servari non posse docet. Quae inconstantia ex libelli ratione repetenda est; nam cum tyranno, ubi semel tyrannidem occupaverit, mercennariis ad imperium tuendum opus sit, hos auctor neglegere non poterat, sed exponere eum oportebat, quomodo ille mercennariis pro civium salute uteretur. Quod veri similius fit eo, quod re vera Dionysii maioris, ad quem auctorem in libello alludere infra[1]) videbimus, exercitus constabat ex mercennariis undique conscriptis[2]), quos ad tyrannidem servandam ei maxime esse necessarios putabat. Praeterea nonnulla, quae Hieron et Simonides exponunt, veram de mercennariis auctoris sententiam mihi videntur significare, velut IV 3, ubi cives sese tueri contra servos et maleficos dicit[3]); V 3 Hieron ait: οὔτε γὰρ ἀλκίμους οὔτ' εὐόπλους χαίρουσι τοὺς πολίτας παρασκευάζοντες (sc. οἱ τύραννοι), ἀλλὰ τοὺς ξένους δεινοτέρους τῶν πολιτῶν ποιοῦντες ἥδονται μᾶλλον; XI 3 principi maius gaudium πόλεως ὅλης εὐόπλου οὔσης non esse Simonides dicit. Ad hoc accedit, quod iam Xenophontis aetate, cum bello Peloponnesiaco pestilentiaque perniciosissima cives multi mortui essent, mercennariis omnes fere Graeciae civitates esse usas inter omnes constat. In Hell. (IV 4,9; 5,13; 8,34) Iphicratem Atheniensem satellites conduxisse narrat ipse Xenophon; idem in Hipparch. IX suadet Atheniensibus, ut ducentos equites mercede conducant, et in Vect. II 3 peregrinis sua ipsius aetate pro civibus armatis uti civitates ipse dicit; ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη, εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς ὥσπερ νῦν, Λυδοὶ καὶ Φρύγες καὶ Σύροι καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι[4]). Causa igitur subest nulla, cur mercennariorum commemoratio atque commendatio ad Xenophontem referri nequeat. — Porro quod Linckius[5]) προστάτης et προστατεύειν vocibus (XI 5 πόλεως ἧς προστατεύεις; XI 7 προστάτας πόλεων) Demetrium significari putat, ei obicere licet, haec vocabula a multis scriptoribus de diversis praefectis magistratibusque usurpari neque a Xenophonte ipso abhorrere[6]).

[1]) p. 63 sqq.

[2]) cf. p. 65.

[3]) cf. Hartman l. l. p. 253 sqq.

[4]) cf. A. Nicolai l. l. p. 9; Droysen, Heerwesen und Kriegsführung der Griechen, Freiburg 1889 p. 75.

[5]) l. l. p. 247.

[6]) cf. Sturz l. l. IV p. 733 sq.

§ 4.

Haec quidem hactenus. Satis enim mihi videor docuisse huius libelli et sermonem et argumentandi rationem et sententiarum dictorumque nexum ordinemque optime cum Xenophontis consuetudine convenire atque illum ipsum auctorem indicare. Sed nihilo minus Xenophontem auctorem statuere non licet, nisi totum vitae Xenophontis spatium contemplantes illam invenimus occasionem, qua data hunc librum, quod sermonem et sententiarum copiam attinet Xenophonteum, ab eo scriptum esse veri est simile. Quam ob rem iam necesse est doceamus falsum esse, quod Sitzler[1]) aliique Xenophontem hunc libellum nullo tempore scribere potuisse dicunt.

Atque inspicientibus, quid de libelli tempore statuendo viri docti iudicaverint, in animum venit illud proverbium saepe tritum: tot capita, tot sensus; tam diversa et inter se repugnantia sunt virorum doctorum de tempore iudicia.

Priusquam autem propius ad hanc quaestionem solvendam accedamus, quando Xenophon omnino libros composuerit paucis explicare libet. Etiamsi pauca de eius vita antiqui tradiderunt, id constare videtur illum circa a. 430 natum[2]) ante expeditionem Cyri, cui interfuerit, nullum librum scripsisse[3]). Aeque veri dissimillimum mihi esse videtur Xenophonti in Cyri et Agesilai exercitibus in Asia et Graecia militanti tempus et occasionem fuisse librorum componendorum. Tum demum, cum post Antalcidae pacem (a. 386) Scillunte, in oppidulo non longe ab Olympia sito consedit, ubi usque ad a. 370 vitam degebat, satis magna quiete fruebatur et amplam facultatem habebat, ut libris scribendis operam daret. Quod vero pauci, velut Richter[4]), Xenophontem aetate demum provectiorem, cum Scillunte expulsus (a. 370) Corinthum confugisset, libros conficere coepisse contendunt, hoc inepte esse iudicatum nemo non videt. Quam ob rem iam dubium esse vix potest, quin Xenophon Scillunte libros componere coeperit.

Quam sententiam si sequimur, veri dissimile esse intellegimus, quod primus, ni fallor, Bentleius[5]) de Hieronis libelli tempore

---

[1]) l. l. p. 29.

[2]) cf. A. Roquette l. c. p. 15; E. Richter l. l. p. 151.

[3]) cf. Christ-Schmid, Geschichte der griechischen Literatur I[6] München 1912 p. 496.

[4]) l. l. p. 149 sqq.

[5]) Briefe des Phalaris p. 557 Ribb. Leipzig 1857.

statuit. Ille enim hunc librum ante Cyri expeditionem, annis fere 404—401 esse conscriptum existimat Xenophontem, cum tyrannidem illa aetate ipse Syracusis vidisset, commotum esse ratus, ut de tyrannide scriberet. Neque aliter senserunt Letronnius[1]) et Shindler, Hieronis editor[2]), qui Xenophontem eodem fere tempore, quo Bentleius, apud Dionysium commoratum libellum inter a. 399 et 394 scripsisse existimant. Nituntur illi iis, quae exhibet Athenaeus X 427f: οὐκ ἐμέθυον δὲ οἱ πάλαι . . . Ξενοφῶν γοῦν ὁ Γρύλου παρὰ Διονυσίῳ ποτὲ τῷ Σικελιώτῃ πίνειν ἀναγκάζοντος τοῦ οἰνοχόου προσαγορεύσας ὀνομαστὶ τὸν τύραννον. Τί δή, ἔφη, ὦ Διονύσιε, οὐχὶ καὶ ὁ ὀψοποιὸς ἀγαθὸς ὢν καὶ ποικίλος ἀναγκάζει ἡμᾶς εὐωχουμένους ἐσθίειν καὶ μὴ βουλομένους ἀλλὰ κοσμίως ἡμῖν παρατίθησι τὴν τράπεζαν σιγῶν; quam narratiunculam, quamquam unde nata sit prorsus nescimus, non veram esse apparet, cum Xenophonti cum Dionysio fuisse consuetudinem nusquam alibi audiamus[3]), atque Xenophontem cum adolevisset in Atheniensium equitatu, in bello Peloponnesiaco stipendia fecisse[4]) atque ultimis V saeculi annis cum Socrate consuetudinem habuisse[5]) neque Athenis Siciliam commigrasse sciamus.

Neque minus falsa esse puto, quod Sauppe[6]) Hieronem fortasse primum, certe unum e primis ingenii Xenophontei documentis atque Hartman[7]) libellum primum Xenophontis philosophicum esse iudicaverunt. Contra disputavit Hirzel[8]), qui unicam, ut libelli tempus statuamus ansam colloquendi rationem praebere putat: Die geringe Lebendigkeit des Gespräches und die vorherrschende Neigung zu längeren Vorträgen weisen nach dem Gesetze, das wir teils an der Reihe der platonischen Dialoge, teils in der Entwickelung des Dialogs überhaupt beobachten, auf eine späte Abfassungszeit. Etiamsi haec esse refutata mihi videntur a Christio[9]), qui hanc de dialogorum progressu legem non ad Xenophontis

---

[1]) Biograph. univers. 51, 1828 p. 372 sq.

[2]) cf. p. 49,6.

[3]) cf. Baehrium in Pauly Encycl. 6, 2795; Sauppium in praef. edit. p. 104; Roquettium l. l. p. 78; Nicolai l. l. p. 15.

[4]) Quod veri simile est, quamquam E. Richter l. l. p. 156 Xenophontem nimis iuvenem fuisse putat; cf. Roquette l. l. p. 15.

[5]) Diog. Laert. II 48; atque colloquia cum Socrate habita satis multa (Mem. II 7,2; 8,1) inter annos 404 et 401 excedunt; cf. Christ-Schmid l. l. p. 494,7.

[6]) in praef. edit. p. 104.

[7]) l. l. p. 256.

[8]) l. l. p. 169 sq.

[9]) l. l. p. 485 A.

dialogos pertinere iure dicit, tamen in ipso opusculo alia vestigia me invenisse puto eaque satis multa, ex quibus libelli auctorem aetate iam provectiorem fuisse conicere licet.

Primo neglegere non libet, quam viam, ut secundum temporum ordinem libros collocarent, ingressi sunt Dittenberger[1]), Roquette[2]), Schanz[3]) aliique. Dittenberger, qui perraro μήν in antiquioris aetatis scriptis, velut in Ἀθηναίων πολιτείᾳ, frequentius apud Platonis aequales legi, atque ipsius Platonis dialogos huius in particulae usu multum inter se differre animadverterat, in Xenophontis operibus similiter atque in Platonis quattuor aetates esse distinguendas censet[4]). In Cynegetico atque in prima parte Hellenicorum (I—II 3,10) omnino μήν nondum est, in Oeconomico raro particulam invenimus; aliquanto frequentius μήν atque γὲ μήν legitur in Mem., Symp., Hellenic. secunda parte, Anabasi, Cyropaedia, Hierone libello. Quorum scriptorum ut ordo accuratior constituatur, fieri non potest, quod librorum argumenta, quae partim ad historiam, partim ad philosophiam pertinent, sunt varia. Longo autem intervallo distant ab his operibus scripta quae supersunt, quartae ultimaeque aetatis, tertia pars Hell., libri de vectigalibus, de re equestri, de Laced. republica, Agesilaus, Hipparchicus, in quibus sicut in Platonicis novissimis dialogis γὲ μήν multo saepius quam ἀλλὰ μήν atque οὐδὲ μήν adhibetur, ut paene taedium legentium moveatur. Quos libros a Xenophonte sene esse conscriptos aliis quoque de causis constat. Ad similem quaestionis summam Roquettius, Schanzius alii aliarum particularum usum persecuti pervenerunt.

Hieronem igitur libellum tertiae librorum Xenophonteorum aetati tribuamus necesse est; conscripsit illum neque iuvenis neque prorsus senex. Libellum a viro iam aetate provectiore esse confectum, praeterea mihi demonstrare videtur Hier. VI 9 ὁ γὰρ πόλεμος φοβερόν, et II 7 εἰ μὲν εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι . . . εἰ δὲ πόλεμος μέγα κακόν. Quas sententias, quamquam

---

[1]) Sprachliche Kriterien für die Chronologie der platonischen Dialoge; Hermes XVI 1881 p. 321 sqq.

[2]) l. l. p. 38 sqq.

[3]) Hermes XXI 1886 p. 439 sqq.

[4]) Quamquam illius sententia a multis viris doctis impugnabatur, velut a Zellero l. l. p. 512 sqq., tamen illius et aliorum de sermone quaestiones neglegere non possumus, cum scriptorum usus loquendi per totam vitam sibi non constet (cf. C. Ritter, Neue Untersuchungen über Platon, München 1910 p. 183 sqq.).

communes sunt atque ap. Thucydidem IV 62,2 aliosque leguntur, tamen Xenophontem annos XXX natum non scripsisse puto. Mea quidem sententia disiungi non possunt ab iis, quae Xenophon in libro de reditibus ultimae aetatis[1]) V 2 sqq. dicit, ubi Athenienses gravissime ad pacem servandam cohortatur civitatem eo feliciorem esse praedicans, quo longius per temporis spatium pace usa sit. Quid mirum, quod senex, etiamsi antea pugnis bellisque ipse libenter interfuerat, pacem bello esse praeferendam putat.

Quibus expositis apertum mihi esse videtur libellum primis Xenophontis scriptis nullo modo adnumerari posse, id quod volunt Sauppe et Hartman, sed tum demum, cum haud paucos alios libros iam conscripserat atque belli pericula bonaque pacis satis superque cognoverat, ab illo esse confectum.

Quod si verum est, ne illos quidem recte iudicavisse intelleges, qui iam anno 384 hunc libellum esse scriptum putant, quorum in numero sunt Grote, historicus clarissimus ille Brittannicus[2]) eiusque sectator Roquette[3]). Hoc enim tempore Dionysium maiorem ad ludos Olympicos Thearidam fratrem cum legatione atque cum equis velocibus atque magno cum apparatu, nec non actores, qui ipsius fabulas agerent, misisse Diodorus narrat (XIV 109; XV 7; cf. praeterea Dionys. Hal. de Lys. 29)[4]). Tum Lysias orator orationem Olympicam dixisse dicitur, qua, ut quicunque Graeca lingua uterentur, ad imperium illi tyranno eveliendum se coniungerent admonebat (Lys. or. 33). Multitudo iam sollicitata atque excitata, quod Dionysius colonias Graecorum in Italia sitas in suam potestatem redegerat, Lysiae verbis stimulata ad tantum processit furorem, ut legatos aggrederentur: tentorium ipsum pretiosissimum diripuissent, nisi a magistratibus prohibiti essent. Quibus temporibus cum Scillunte habitaret, hanc rem Olympiae Xenophontem ipsum vidisse viri docti censent, atque hoc facinore eius animum tantopere esse commotum, ut miserrimam tyranni condicionem sibi describendam proponeret, qui, quamquam beatus esse videretur, beatus non esset. Sed praeterquam, quod particularum usus Hieronem posteriore demum tempore esse conscriptum docet, multae aliae causae mihi hanc sententiam refellere videntur. Nam primum quidem, quid, si huic sententiae fidem tribuimus, sibi

---

[1]) cf. Zurborg l. l. p. 46; Gleiniger l. l. p. 37.

[2]) Platon III, London 1875 p. 576 sqq.

[3]) l. l. p. 79.

[4]) cf. A. Schaefer, Philologus XVIII 1877 p. 187 sqq.

velit altera libelli pars non intellego, qua quomodo tyrannus civium amorem sibi conciliare possit exponitur, cum nulla esset causa, cur Xenophon Dionysio maiori tyranno detestabili suaderet, quibus auxiliis imperium tueri posset. Neque video, quomodo factum illud Olympicum Xenophontem adducere potuerit, ut tyranni miserrimam condicionem describeret, quoniam Dionysio non, quod tyrannus erat, sed quod Graecorum colonias aggressus erat, haec tanta iniuria a Graecis est allata. Quod vero Roquette, cum in dialogo plus semel ludorum Xenophon mentionem faciat, hoc ad illud Olympiae factum refert, perperam eum iudicasse puto, cum ludorum, certaminum, similium Xenophontem amatorem fuisse atque saepius in libris mentionem fecisse nemo sit qui nesciat[1]). Gravissimum autem argumentum, quod illorum sententiae contradicit, est, quod, quae anno 384 Grote, quem Roquette temere est secutus, gesta esse putat, re vera iam quattuor annis ante, anno 388 acciderunt. Quod nunc omnibus est persuasum[2]). Cum autem Roquette[3]) Xenophontem usque ad a. 387 Agesilaum in expeditionibus per Graeciam factis comitatum esse atque post pacem Antalcidae demum Scilluntem venisse non sine causa censeat, fieri omnino non potuit, ut Xenophon, quippe qui tunc temporis prope Olympiam non versaretur, illam legationem advenientem atque derisam videret. Itaque sententiae Grotii et Roquettii undamentum est dirutum.

Volentibus recte iudicare de libelli tempore antea aliam in quaestionem inquirendam esse puto: unde auctor tyrannidis insignia, unde illam diligentem et accuratam malae tyranni condicionis descriptionem sumpserit? Nam si auctorem in tyrannide depingenda pendere a rebus a tyranno quodam, qui Xenophontis aetate vivebat, gestis intellexerimus, facilius de dialogi tempore nos iudicare posse apparet.

Qua in re non ex omni parte[4]) assentiri possum Schneidewinio[5]) eiusque sectatoribus, velut Hirzelio[6]) et Wilamowitzio[7]), qui cum tunc temporis sermones inter Hieronem et Simo-

[1]) cf. p. 50 sq.

[2]) cf. B. Niehues, de Dionysio maiore, diss. Münster 1856 p. 74, 27; A. Schaefer, l. l. p. 188; Blaß, Att. Beredtsamkeit, I 430 sq.; Christ-Schmid l. c. p. 560 sq.; E. Meyer, Gesch. d. Altert. V p. 268 sq.

[3]) l. l. p. 33.

[4]) cf. p. 60.

[5]) Simonid. rell. ed., Braunschweig 1835, Praef. p. XXI.

[6]) l. l. p. 170.

[7]) Sitzber. d. Kgl. Pr. Akad. d. Wiss. 1901, 2 p. 1284,1.

nidem conserti ore hominum circumferrentur (cf. Plat. epist. II p. 311 A; Cic. nat. deor. I 60)[1]), non dubium esse censent, quin Xenophon in scribendo hoc dialogo eorum, quae ab utroque disputata tradebantur, rationem habuerit. Hoc etiam eo refellitur, quod Xenophontis, hominis in agendo positi, opera omnia sunt orta ex rebus quibus ipse interfuerat gestis atque ex suis ipsius cotidianis negotiis, quod ut quaestionem quandam in cognitione et aestimatione positam disserendi sola ope atque scientia doctrinaque innixus institueret ei non erat ingenium satis magnum neque satis excultum[2]). Revera omnia eius opera posita sunt in iis, quae ipse vel vidit vel audivit vel expertus est. Anabasis et Hellenicorum libri historici a rebus, quas ipse gessit, petiti sunt; apologia Socratis qualis eius fuerit animi habitus et ante et post condemnationem describit[3]); alia scripta Socratica, Memorabilia, Oeconomicus, Convivium, facta, cogitationes, sermones Socratis, quos cum discipulis instituebat, narrant. Agesilai ἐγκώμιον res a duce praeclarissimo atque a Xenophonte dilectissimo gestas celebrat. Cyropaedia ad Persarum aulam nos ducit atque describit res Persicas, quas Cyrum minorem secutus cognovit. Libellum de reditibus Xenophon conscripsit, cum foedere maritimo Attico secundo confracto, quomodo Atheniensium vectigalia essent augenda, quaestio facta esset subdifficilior; Cynegeticus[4]), liber de re equestri, Hipparchicus depingunt Xenophontis ipsius, quibus maxime delectabatur studia, venationes, res militares, praecipue equestres. — Praeterea, si tyranni in libello descripti insignia ex illis de Hierone et Simonide circumlatis sermonibus essent hausta, auctorem Hieronem tyrannum, qualem apud antiquos depictum invenimus, descripturum fuisse puto. Quod factum non esse manifestum est: nam ille Hieron, qualis a scriptoribus traditus est, superbus ac gloriosus ac iustus tyrannus erat, qui semper magnificentia et splendore erat cinctus; Pind. Ol. I 82 sqq.; Pyth. 2, 101 sq.; 3,

---

[1]) praeterea cf. Schneidewin l. l. p. XXI sqq.; Wilamowitz, Sapph. u. Simon. Berlin 1913 p. 149,4.

[2]) cf. Lincke l. l. p. 228.

[3]) quem librum Xenophonteum puto cum J. Bruns, Litt. Portr. 210 sq.; O. Feddersen, de Xen. apolog. Socrat. et Isocr. antidosi quaest. duae Socratis litem attinentes, diss. Jena 1907; O. Frick, Xenoph. quae fertur apol. Socr. num genuina putanda sit, in diss. philol. Hal. 19, 1901, 1 sqq.

[4]) libellus genuinus videtur; cf. C. G. Cobet, Nov. lect. 774; Roquette l. l. p. 46 sq.; J. Mewaldt, Herm. 46, 1911 p. 86,2.

150 sq.; Bacchyl. V 6 alibi[1]). Pind. Pyth. I 118 Hieronis liberalitatem, Pyth. III 124 sqq. eius hospitalitatem benignitatemque praedicant, Olymp. I 167 honesti cupidum eum dicit, et in eodem carmine 20 sq. omnibus bonis virtutibus ornatum poeta eum laudat. Atque ut splendorem imperii, cuius fines quam latissime proferre conabatur, augeret, honestissimorum et eruditissimorum virorum, velut Pindari, Bacchylidis, Epicharmi, Xenophanis, Aeschyli, Simonidis consuetudine illum esse usum nemo est qui nescit; quin etiam Hieron ipse cum equis velocibus magnoque apparatu, ut magnificentia gloriaque regni Graecis ipsis notesceret, Olympiam Delphosque profectus poetas, ut victorias praedicarent, admonuit. Inspicientibus nobis, quaecunque veteres narrant de Hierone, veri simillimum esse videtur eius animum ab humanitate atque honestate non fuisse alienum, immo superbum et gloriosum[2]). Longe diversa est Hieronis imago, qualem dialogi auctor describit: principem videmus tam afflictum tamque desperatum, ut exclamet (VII 13): ἀλλ' εἴπερ τῷ ἄλλῳ λυσιτελεῖ ἀπάγξασθαι, ἴσθι, ὅτι τυράννῳ ἔγωγε εὑρίσκω μάλιστα τοῦτο λυσιτελοῦν ποιῆσαι.

Quibus conglobatis falsum esse cognoscimus, quod Schneidewinius, Hirzelius, Wilamowitzius putant auctorem argumentum illis fabellis debere, sed luce clarius videtur causam quaestionis, quomodo tyrannus optime cives regere possit, tractandae inesse in Xenophontis apud Socratem disciplina[3]) et insignia tyrannidis in Hierone opusculo depictae esse sumpta a tyrannide quadam, quam Xenophon ipse vidit vel de qua aequales narrantes audivit. Illud autem Wilamowitzio concedendum est personas, quas auctor colloquentes inducebat, ex illis fabulis apud homines circumlatis esse petitas. Sed de hac re infra[4]) diligentius dicam.

Iterum igitur oritur quaestio, unde prognatae sint tyrannidis in hoc libello insignia. Quamquam illa ex Xenophontis more pendere a rebus a tyranno quodam gestis, qui auctoris aetate vivebat,

---

[1]) Similiter iudicant de Hieronis moribus Sitzler p. 8 sqq.; J. Hense, de Hierone I. Syracus. tyranno eiusque aula, diss. Münster 1862; E. A. Freeman, History of Sicily II, Oxford 1891 p. 232 sqq.

[2]) Quod saepius iniustissimum se gessisse Hieronem scriptores narrant (Diod. XI 67; Aristot. Pol. p. 1313 b) atque homines timuisse, respiciamus necesse est morbo perpetuo per totam fere vitam eum fuisse excruciatum (Schol. Pind. Pyth. I 89; Plut. de Pyth. or. p. 403 C); quo morbo diuturno suspicionem iniuriasque esse ortas mihi apparet.

[3]) cf. p. 36.

[4]) cf. p. 69.

viri docti plurimi consentiunt, tamen dissentiunt, utrum e Dionysii maioris an Iasonis Pheraei an Alexandri Pheraei tyrannide auctor sua hauserit. Xenophontem tyranni imaginem a Iasonis tyrannide petivisse duce Delbrückio[1]) Breitenbach[2]), Doerner[3]), Holden[4]) contendunt. De hac opinione quid sit iudicandum paucis videamus: dum Xenophon Scillunte habitat, nuntio Iasonem a. 378 rerum esse potitum Athenas, Corinthum, Spartam Pheris allato, tota Graecia perturbata est, quod novicius hic tyrannus, qui cum Lacedaemoniorum hostibus foedera inierat, ut illis subiectis una cum tota Graecia Persis bellum inferret (Isocr. V 119), magna movere videbatur. Brevi tempore civitatibus Thessaliae in suam potestatem redactis a. 374 Pharsalum urbem ille aggressus est, quam Lacedaemonii, quamquam a Polydamante, civium duce, auxilio vocati erant, cum vires pecuniaeque deessent, sibi sociam servare non poterant (cf. Xen. Hell. VI 1; 4,20)[5]). Quam ob rem perturbatione correptum atque timore perterritum, ne hic tyrannus toti Graeciae periculosus fieret, Xenophontem consilium iniisse, ut tyranni condicionem describeret Breitenbach putat atque, quid tyranno, ut civitas subiecta beata fieret, faciendum esset, doceret. Atque Doerner multis verbis incommoda ac pericula, quae imminerent tyranno ea de causa descripsisse auctorem credit, quod certas quasdam Iasonis tyranni pravas cupidines minuere atque coercere voluit. Quae argumenta neque aliis neque mihi imponere possunt Etenim non intellego, quid tandem Xenophontem commoverit, ut Iasoni haec tyrannidis firmandae consilia daret; accedit, quod omnino periculum non erat, ne Iason vere tyrannus fieret, cum sine maleficiis iniuriisque pervenisset ad imperium atque cives invitos fecisset libenter πειθομένους praecavens ne quid in civitate turbaretur, civibus omnibus ipse prospiciens, ne incommoda acciperent ac pericula subirent. Eiusmodi principi, cuius imperium legibus erat sanctum, non erat opus consiliis, quae Xenophon in hoc libello dat, cum ipse, quae civium salutem augere possent, non ignoraret[6]).

[1]) Xenophon. Zur Rettung seiner durch B. G. Niebuhr gefährdeten Ehre, Bonn 1829 p. 93.

[2]) l. l. praef. p. X sq.

[3]) Hiero oder „von der Zwingherrschaft" übersetzt, Berlin ap. G. Langenscheidt p. 6 sqq.

[4]) ed. Xenoph. Hieron. London 1883; cf. de hoc libello H. Hager, Berl. Phil. Woch. 1884 p. 785.

[5]) cf. Ed. Meyer, Gesch. d. Alt. V p. 392 sqq.

[6]) cf. Curtius, Griech. Gesch. III 310 sqq.; E. Meyer, Gesch. d. Altertums V p. 392 sqq.

Neque magis mihi persuaserunt, quae secutus Birtium[1]) in medium protulit I. Dahmen[2]). Qui hunc libellum ultimum in scriptorum Xenophontis philosophicorum serie conscriptum anno 359 vel 358 censent rati Alexandri Pheraei tyranni imperium et mortem auctori argumentum suppeditasse. Duo loci Dahmenio, ut sententiam suam fulciat, in promptu sunt: III 3 οὐ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν ⟨καὶ⟩ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί, quo loco auctorem ad foedus ab Atheniensibus a. 369 cum Lacedaemoniis factum alludere Dahmen putat. Cui sententiae plane et libenter assentiri possumus; alter est III 8, ubi multos tyrannos a suis ipsorum uxoribus esse interfectos explicatur, quibus verbis Alexandri Pheraei necem in Hell. VI 4,35 memoratam, quae a. 359 perpetrata est, significari Dahmen censet[3]). Quos locos coniungi posse nego; nam post pugnam ad Mantineam a. 362 factam foedus Atheniensium et Lacedaemoniorum a. 369 ictum fructui esse non poterat, quod Sparta aliaeque civitates foederatae bellis diuturnis prorsus exhaustae erant, quare Xenophon a. 359 illius foederis memor dicere non poterat φιλίαν μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις esse. Apparet ergo aut ex III 3 concludendum esse libellum non multo post a. 369 ante pugnam ad Mantineam commissam esse confectum, aut, si auctorem Alexandri Pheraei necem respicere III 8 putamus, illum locum ad pacem a. 369 factam nos referre non posse. Sed illam sententiam veri similiorem reddunt et quae Dittenberger docuit, scilicet libellum non esse extremae Xenophontis vitae, imprimis vero quae statim sum prolaturus scilicet in tyranni mala condicione describenda Dionysium maiorem ob auctoris oculos esse versatum; quam ob rem fieri non potest, ut quae III 8 dicuntur Dahmenium secuti ad Alexandri Pheraei mortem referamus[4]).

---

[1]) in sententiis controversis dissert. de hexam. latin. adiectis, Bonn 1876 p. 74.

[2]) l. l. p. 29.

[3]) cf. etiam Nicolai p. 14, qui eadem fere ostendere conatur.

[4]) Idem fere tempus libelli conscripti statuit Richter non firmiore fundamento nixus (l. l. p. 150); libellum non multo ante mortem a Xenophonte esse scriptum putat, quod opusculi auctorem ex Isocratis oratione VIII 111 sq., quae inscribitur „περὶ εἰρήνης ἢ συμμαχικός“, in cap. III 8 aliis locis pendere censet. Cum hanc orationem, qua orator Charetem auctoresque sociorum belli impugnat, circa a. 357 esse confectam constet, Hieronem Richter non multo post a. 357 esse scriptum contendit. Quae sententia prolata refutatur et iis, quae Dittenberger exposuit libellum non a Xenophonte sene esse scriptum docens, neque ea re probatur, quod auctor locis illis, quo Richter affert, non Isocratis oratione, sed uterque, et Xenophon et Isocrates, aliorum velut Antisthenis scriptis usus est. Quod docuerunt J. Endt, Wien. Stud. 24, 1902 p. 1 sqq.; H. Gomperz, Wien. Stud. 27, 1905 p. 175 sq., quos secutus est Christ-Schmid l. l. p. 513,2.

Unus tyrannus restat, cuius imperio detestabili in tyrannide mala describenda Xenophon uti poterat. Qui est Dionysius maior, qui ab anno 406 usque ad a. 367 Syracusis regnabat. Atque qui accurate tyranni, qualis in libello depingitur, mores cum iis, quae de Dionysio maiore tradita habemus, comparat, insignia tyranni ab illius tyrannide Hieronis autorem, sicut Antisthenem, Platonem, Isocratem, petivisse concedere cogitur. Quod iam alii viderunt atque explicaverunt velut Dieterich[1]: Da Dionys in einer litterarisch so bewegten Zeit lebte, wo das politische Urteil und die politischen Begriffe geprägt wurden, so ist er für die Beurteilung in der Anschauung von der Tyrannis überhaupt maßgebend geworden. Die Attribute derselben entlehnte man von ihm, wie z. B. Xenophons Hieron deutlich zeigt; Oncken[2]: Was Xenophon in seinem Hieron sagt, ist wesentlich den Eindrücken entlehnt, die die jüngere Tyrannis in Syracus auf die Zeitgenossen gemacht hat; id.[3]: All' den Betrachtungen, die Xenophon in seinem Hieron anstellt, dienen die bekannten Geschichten zum Hintergrunde, die seit Dionys dem Älteren in ganz Hellas umherliefen, von der Gewissensangst, die einem Gewaltherrscher bei Tag und bei Nacht das Schwert des Damocles zeigt, von dem krankhaften Verfolgungswahn, der ihn zu Tode foltert. Sed cum certa quaedam de hac re nondum constituta sint, accuratius in hanc rem inquiramus et Wilamowitzium[4]) perperam iudicasse doceamus putantem Xenophonti rem non fuisse cum Dionysio; quam ob rem mores tyranni, quem Xenophon depingit, cum iis quae de moribus Dionysii maioris memoriae tradita sunt, comparemus. Etenim Xenophontem Dionysii res gestas novisse, Hellenica satis demonstrant, in quibus saepius (V 1,26 sqq.; 2,23 sqq.; VII 1,20 sqq.; 28 sqq.) de illius in Graecia bellis dicit.

Tyranni rerum vi et armis potiti obtinere atque servare imperium permagni interesse perspicuum est. Quod ut assequeretur Dionysius maior operibus laboribusque non parcebat neque maximas iniurias horrebat[5]. Eadem ratione suspicax eius animus atque crudelitas orta sunt[6]; nam cum hostes omni occasione sui necandi

---

[1]) ap. Pauly-Wiss. Realencycl. V 1 p. 902.

[2]) Die Staatslehre des Aristoteles, Leipz. 1875 II p. 298.

[3]) l. l. p. 305.

[4]) cf. p. 58,7.

[5]) cf. Holm, Geschichte Sizil. II, Leipz. 1874 p. 147.

[6]) cf. Holm, l. c. p. 147, qui complures fabulas ab antiquis traditas narrat, quae quam suspiciosus atque pavidus Dionysius fuerit, ostendunt.

uti atque adversarios in ipsorum numero, quos amicos haberet, sibi esse non ignoraret, rem omni modo ita instituebat, ut vitam ab adversariis defendere posset; quod Hier. I 37 spectat, ubi auctor amicos tyrannum nunquam fidos habere posse dicit: τῷ δὲ τυράννῳ οὔποτ᾽ ἔστι πιστεῦσαι ὡς φιλεῖται. ἐπιστάμεθα γὰρ τοὺς διὰ φόβον ὑπηρετοῦντας ὡς ᾗ μάλιστ᾽ ἂν δύνανται ἐξεικάζουσιν αὑτοὺς ταῖς τῶν φιλούντων ὑπουργίαις. καὶ τοίνυν αἱ ἐπιβουλαὶ ἐξ οὐδένων πλέονες τοῖς τυράννοις εἰσὶν ἢ ἀπὸ τῶν μάλιστα φιλεῖν αὐτοὺς προσποιησαμένων. Similiter Hier. II 9; 18; IV 1 sq.; V 1; VI 11.

Qua ratione Dionysium non solum in illos crudelissime consuluisse, qui re vera et palam ei restiterant, sed etiam cogitata, ubicumque de eis certior factus est, factorum in numero habuisse intellegimus. Non mirum ergo videtur, quod etiam suspectos de vitae insidiis homines poenis afficiebat. Neque ipsis propinquis neque amicis parcebat; Leptinem fratrem, Polyxenum affinem, Philistum, historiarum scriptorem amicum in exilium expulit (cf. Diod. XIV 102,3; XV 7,2 sqq.; Plut. Dio 9; 11; 21; Aen. poliorc. 10,21)[1]. Mater mulieris alterius — Dionysio duae uxores erant — capite luit, quod cum amico tyranni quodam inimicitias habebat (cf. Plut. Dion 3); suam ipsius matrem veneno interemisse traditur (Ael. v. h. XII 45), atque in ipsas uxores filiasque suspicio cecidit (Cic. Tusc. V 58; Val. Max. IX 13 ext. 4). Lautumniae Epipolarum carcer instituebantur, in quem suspecti, nisi tyrannus eos interfici maluit, per annos plurimos coniciebantur; atque quod homines ibi tamdiu custoditos esse narrant, ut alius alii nuberet atque liberos procrearet, ad Dionysii tempora referre possumus (cf. Plat. epist. VII 332 C; Aristot. polit. V 11, 1313 b, 12; Polyaen. V 2,3; 13; 15 sq.; Plut. Dion. 28; de curios. 16; Cic. in Verr. V 143; Corn. Nep. de regib. 2,2; Ael. v. h. XII 44; Lucian. XVII 35). Aeque tyrannus, quem libelli auctor describit, hostes cavens quos suspectos habebat, capiebat atque interficiebat; legas, quaeso, quae scripta sunt II 17 sq.; VI 14; alibi. Atque in propinquos ipsos atque amicos ille tyrannus saevire coactus est; cf. III 7 sqq.

Ut vitam ab adversariis defenderet atque tyrannidem servaret, Dionysius omne cautionis atque diligentiae genus adhibebat: cum corporis sui viribus, armis, quae nunquam deponere solebat, loricae ferreae (cf. Hier. II 8 αὐτοὶ, sc. οἱ τύραννοι, γοῦν ὡπλισμένοι οἴονται ἀνάγκην εἶναι διάγειν), tum corporis custodibus confidebat, qui, cum

---

[1] cf. Holm II p. 148.

essent peregrini atque servi, iussa temere exsequebantur (cf. Aristot. polit. III 1286 b 39; rhetor. I 1357, b 31; Polyaen. V 2,2 sq.). Manus delatorum, προσαγωγίδαι, qui nominabantur, et scorta, quid cives de tyranno sentirent, observabant (cf. Plut. Dion 28). Item tyranno, qualem in libello cognoscimus, corporis sunt custodes: V 3 καὶ τούτοις (sc. τοῖς ξένοις) χρῶνται δορυφόροις; II 8; IV 11; VI 10; alibi.

Dionysius, cum civibus, qui in bellis perpetuo gestis saepe eum deserebant, confidere non posset, ut ab subito et repentino impetu eorum se defendere posset, Orthygiae in insula[1]) magnum castellum fecerat secretum ab urbe, ubi domicilia amicorum, δορυφόρων, sita erant, atque sedes ipsius, quae pro sua parte a ceteris secretae maxime erant munitae. Eadem de causa nunquam civitatem consiliis atque contionibus adhibuit; potius civium vice hominibus peregrinis atque perditis utebatur atque curabat, ut cives pristini recentibus cederent, velut mercennariis, libertinis, aliorum finium cultoribus, qui advenerant, velut barbaris, Italicis, Graecis aliisque (cf. Polyaen. V 2,20; Aen. poliorc. 40,2[2])), qui νεοπολῖται nominabantur. Quibus bona atque divitiae eorum, qui supplicio vel exilio affecti erant, dono dabantur (Diod. XIV 7). Servos ipsos dominos, dominos servos reddebat (cf. Aristot. rhetor. II 1385 a 9; Nep. II 3; alibi)[3]), ut civibus fractis atque languentibus melius atque facilius imperare posset. Eandem rationem libelli tyrannus adhibet; incolas expulsos mercennariis servisque supplet; conferas imprimis, quae Hier. V 1 sqq. et VI 5 scripta sunt.

Milites Dionysii non erant domestici neque indigenae, sed magna ex parte mercennarii in Graecia, Italia, Gallia conscripti. Quibus cum ad tyrannidem servandam magno usui esse viderentur, omni modo providebat, ita ut postremo amplius decem milia mercede conductorum ei essent. Etiam classi peregrini praeficiebantur (cf. Diod. XV 43,4; Xen. Hell. VI 2,35; Plat. epist. VII 350 A). Quibuscum conferas imprimis Hier. cap. X, ubi Simonides tyrannum satellitibus ad populi salutem uti oportere exponit; praeterea cf. V 3; VIII 10.

Sed ne mercennariis quidem Dionysius confidere potuit, cum ei semper res esset cum militibus seditiosis, quos nisi magno stipendio sibi adiungere non poterat: cum Orthygiae in insula cives

[1]) cf. Holm II p. 101.
[2]) cf. Holm II p. 101.
[3]) cf. Dieterich ap. Paul.-Wiss. V 1 p. 902; Holm II 114.

eum obsiderent, multi mercennariorum adversariorum partes secuti sunt (cf. Diod. XIV 8,4[1]) atque saepius, quominus pugnarent, recusarunt (cf. Diod. XIV 65 sq.; 72,2). Similiter libelli tyrannus neque δορυφόροις neque corporis custodibus confidere potest; cf. VI 11.

Ad bella gerenda, ad mercennarios conducendos Dionysio erat necessaria maxima pecunia, quam omni modo atque ratione sibi comparare conabatur. Tributum annuum ex censu collatum saepius pars quinta pecuniae atque incolarum redituum erat (Aristot. pol. V 1313 b 26); perpetua erant portoria, vectigalia et onera commerciorum, tributa ex fructibus terrarum data (Polyaen. V 2,12; Aristot. Oeconom. II 1344, 1349 b 6.; Plut. apophth. reg. p. 175 E). Coactio vectigalium cum severitate facta est; lenta nomina capta sunt (Iustin. XXI 1,5; 2,2). Quin etiam Dionysius, ut pecuniam acciperet, thesauros templorum diripere non verebatur (cf. Aristot. Oecon. II 1353 b 20; mirab. 96, p. 838 a 19; Polyaen. V 2,19; Plut. de Is. et Os. 71; Cic. N. D. III 83; Ael. v. h. I 20; Athen. XV 693 E)[2]. Conferas in Hierone libello: VIII 9 πρακτέον μέν γε χρήματα, εἰ μέλλομεν ἕξειν δαπανᾶν εἰς τὰ δέοντα; praeterea IV 9 sqq.; libelli quoque tyrannus thesauros templorum diripit; cf. Hier. IV 11.

Etiam quae in cap. I 27 sq. leguntur: γάμος ὁ ἐκ μειζόνων δήπου καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει κάλλιστος δοκεῖ εἶναι καὶ παρέχειν τινὰ τῷ γήμαντι φιλοτιμίαν μεθ' ἡδονῆς· δεύτερος δ' ὁ ἐκ τῶν ὁμοίων. ὁ δ' ἐκ τῶν φαυλοτέρων πάνυ ἄτιμός τε καὶ ἄχρηστος νομίζεται. τῷ τοίνυν τυράννῳ, ἂν μὴ ξένην γήμῃ, ἀνάγκη ἐκ μειόνων γαμεῖν, ὥστε τὸ ἀγαπητὸν οὐ πάνυ αὐτῷ παραγίγνεται, Dionysium maiorem respicere puto. Nam cum ille mulierem Rheginam in matrimonium ducere constituisset, Rhegini cives illusisse eum, ut carnificis filiam in matrimonium duceret admonentes, antiqui tradunt (Plut. Timol. VI; Diod. XIV 107,3), similiter vero cives Locrenses affinitatem iungere cum tyranno noluisse.

Quibus allatis non iam mirum esse videtur, quod in libello tyrannum tam suspiciosum et timidum invenimus atque tam afflictum atque de omnibus rebus desperantem, ut illud exclamet (VII 13): ἀλλ' εἴπερ τῳ ἄλλῳ λυσιτελεῖ ἀπάγξασθαι, ἴσθι, ὅτι τυράννῳ ἔγωγε εὑρίσκω μάλιστα τοῦτο λυσιτελοῦν ποιῆσαι. Atque huic dicto simile quoddam etiam in Dionysii tragoediarum fragmentis nobis servatis legis, in fr. 3 Nauck p. 794: θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδέν' ὄλβιόν ποτε κρίνῃ, πρὶν αὐτὸν εὖ τελευτήσαντ' ἴδῃ. ἐν ἀσφαλὲς γὰρ τὸν θανόντ' ἐπολβίσαι; et fr. 4: ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

[1] cf. Dieterich l. l. p. 886.

[2] cf. Holm II 149.

Cum igitur vix negare possimus auctoris ob oculos in hoc libello Dionysii maioris imperii imaginem esse versatam, non recte iudicasse puto Wilamowitzium, cum Hieronem libellum omnino non respicere Dionysii maioris tyrannidem diceret. Quam ob rem nobis nunc facillimum erit, de Hieronis opusculi tempore accuratius statuere.

Hic libellus, ut ratio atque dispositio docent, datus esse videtur iuveni, qui nondum tyranni miserrimam condicionem expertus optime de tyrannide cogitat[1]). Sive cum eo amicitia erat iunctus, sive alia de causa Xenophon libellum dedit iuveni cuidam eo quidem consilio praecipue, ut eum de tyrannidis incommodis et periculis certiorem faceret. Postquam enim priore parte quot quantaque tyrannidis mala essent, penitus docuit, ut iuvenem illum tyrannum ab hoc imperio deterreret, extremi libri capitibus exponit, quomodo tyrannus condicionem et suam et civium beatam et felicem reddere possit. Iuvenis, cui libellus datus est, docetur ab hominibus, qui Syracusis antea vixerunt, ab Hierone, tyranno Siciliae pristino, et Simonide eius familiarissimo, atque docetur condicione mala Dionysii maioris tyranni Syracusani descripta. Inde concludendum est, iuveni, quem Xenophon instruere vult, rem esse cum Syracusanis eorumque tyrannide. Quam ob rem, puto, iure hunc libellum rettulerunt ad Dionysium minorem Nitsche[2]) et Wendland[3]). Qui cum a. 367 pater Dionysius maior, qui vi et armis tyrannidem sibi paraverat atque servaverat, mortuus esset, nullo negotio et labore imperium suscepit, quamquam omnino non is erat, qui tantum onus subire posset. Nam a patre suspicioso a rebus publicis prohibitus totam per adulescentiam studiis, quibus maxime delectabatur, velut arti scalptorum lignariorumque operam dedit (cf. Plut. Dion. 9.; apophthegm. reg. p. 175 DE). Quomodo factum est, ut, cum regnare coepisset, quamquam viginti quinque annos natus erat, tamen artis rei publicae administrandae omnino esset imperitus; accedit, quod ei erat ingenium non satis magnum atque animus mobilis variusque[4]). Eiusmodi viro consiliatore opus erat; et re vera compertum habemus illum initio gratiae populari studuisse Dione auctore atque Platone adiutore (cf. Plut. Dion. 5

---

[1]) Quod iam recte cognoverunt Sitzler (p. 30) atque Nicolai (p. 13).

[2]) l. l. p. 25.

[3]) ap. Gercke-Norden, Einl. in d. Altertumswiss. I² p. 211.

[4]) Eodem modo de Dionysii minoris moribus iudicavit J. Zenzes, de Dionysio minore, Syracusanorum tyranno, diss. Monast. 1870 p. 15 sqq.

extr. 7—9; Plat. Legg. ζ 709 sq.[1])). Eodem spectat hic Xenophontis libellus; nam dispositio atque ratio libelli apta est ad regnandi mutationem, quam reapse Syracusis factam esse scimus; facile cogitationes legentium ab altero tyranno ad alterum traducuntur, cum re vera facultas tyrannidis corrigendae, si quando in tyranni atque civium mentes suspicio atque diffidentia irrepserunt, illum deficiat, apud hunc, qui in illius locum succedit, fiducia possit restitui. Quam ob rem parte priore accurate atque subtiliter Dionysii maioris tyranni condiciones miserrimae describuntur[2]), ut filius a tali imperio deterreatur; parte altera vias aperit auctor atque rationes, quibus civium amorem sibi possit adiungere. — Praeterea Xenophontem, qui tum ab Eleis expulsus Corinthi libris conscribendis victum quaeritare coactus erat, hoc libello, ut illius favorem sibi conciliaret, ad Dionysium minorem misso se ad principis aulam advocatum iri puto speravisse. Quod fieri posse eo magis auctor putare poterat, quod Siciliae tyranni semper artificum litterarumque adiutores et fautores fuerant atque tunc temporis multi poetae, historici, philosophi in Dionysii aula versabantur, velut Philoxenus, dithyramborum poeta (Diod. XV 6; Plut. de fort. Al. II 1; de tranqu. 12), Xenarchus, Sophronis filius, mimorum scriptor (Lucian XI 13; Suid. v. Ῥηγίνους), Philistus historicus, ipse Syracusanus (cf. Diod. XV 6; al.), Antiphon tragicus (Aristot. rhetor. II p. 1385 a 9; Athen. XII 544), Aristippus, auctor disciplinae Cyrenaicae (Athen. XII 544), Aeschines Socraticus (Philostr. vit. Apoll. I 35; Luc. de paras. 32), Carcinus tragicus (Diod. V 5) aliique[3]); imprimis autem Plato tunc temporis suas de re publica sententias frustra ad effectum adducere Syracusis conatus est. Cum vero Xenophontem multis operibus velut Apologia[4]), Convivio[5]), Cyropaedia[6]), Lac. republica[7]) illum philosophum impugnasse sciamus, veri simillimum puto Xenophontem, quod sibi facilius quam Platoni, ut Dionysium minorem ad tyran-

---

[1]) Quod eius consilium significare mihi videntur Simonidis apud Xenophontem verba haec: VIII 1 ἐπείπερ ἐπιθυμῶν φιλεῖσθαι ὑπ' ἀνθρώπων ἐμποδών σοι τούτου νομίζεις αὐτὴν (sc. τὴν τυραννίδα) εἶναι.

[2]) cf. p. 63 sqq.

[3]) cf. Holm II p. 152.

[4]) cf. M. Schanz, Einl. zur Ausg. von Platons Apologie; Leipzig 1893 p. 80.

[5]) cf. K. Fr. Hermann, disput. de eo, num Plato an Xen. convivium suum prius scripserit, Ind. lect. Marburg 1834/35; Ind. lect. Marburg 1841; Ind. lect. Göttingen 1844/45; Philol. VIII 1853 p. 329 sqq.

[6]) cf. Gellium XIV 3,3.

[7]) cf. M. Koehler, Berl. Ak. Sitzungsber. 1896 p. 361 sqq.

nidis bonam rectamque formam capessendam vel retinendam adduceret, eventurum esse speraret, composuisse hunc de tyrannorum condicionibus librum.

Quibus expositis vix dubitari potest, quin Xenophon senex paulo post a. 367, cum Dionysio maiori filius successisset, Hieronem opusculum conscripserit. Qua in sententia eo magis confirmamur, quo facilius hac ratione aliae difficultates, quas liber praebet, solvuntur. Etenim Sitzler[1]) propterea, quod Socrates in sermonem non est inductus, libellum esse genuinum negavit. Sed philosophos Socraticos paulatim magistri carissimi persona omissa non in omnibus dialogis eum loquentem fecisse iam Hirzel[2]) docuit. In Aristippi, Socratis auditoris et discipuli, sermonibus ille non inveniebatur[3]); Antisthenes praeter Socratem homines mythicos, historicos, allegoricos in dialogos inducebat[4]), quin etiam Xenophon in Cyropaedia aliisque scriptis quamvis dialogi formam repraesentat Socratem omnino neglexit. Praeterea si res in Sicilia gestas auctorem in hoc libello respexisse, scilicet Dionysii I. imperium, iure diximus, quid mirum, quod auctor personas antiquos, qui Syracusis per longum vitae spatium degerant, in sermonem induxit! Hierone et Simonide, quos de multis ac variis rebus esse collocutos antiqui tradebant[5]), num aptiores personas loquentes facere poterat? Quod autem Breitenbach[6]) Xenophontem ea de causa Socratis personam repudiavisse putat, quod praeceptoris sui venerati atque dilecti tradere nolebat verba, nisi quae loquentem illum ipse audivisset, perperam iudicavisse videtur ille vir doctus, quoniam Socratem de talibus rebus, quae tyrannidem spectant, saepe colloquia instituisse supra[7]) vidimus. Neque Sitzler[8]) recte iudicavisse videtur Hieronem auctori fuisse describendum ratus secundum historiae fidem, ne illi mendaciorum convicto non iam habeamus fidem. Nam respiciamus necesse est tyranni in libello descriptionem esse repetitam non ex Hieronis tyrannide praeclara[9]), sed ex Dionysii maioris

[1]) l. l. p. 5.
[2]) l. l. p. 169.
[3]) cf. Hirzel l. c. p. 110,1.
[4]) cf. Hirzel l. l. p. 120 sqq.
[5]) cf. p. 111.
[6]) l. c. p. XI.
[7]) cf. p. 36.
[8]) l. l p. 7.
[9]) cf. p. 59 sq.

imperio miserrimo. Praeterea etiam in Cyropaedia Cyrus a Xenophonte non ad fidem historiae est descriptus, sed ita ut fingat iustissimi imperii imaginem, cuius summa gravitas cum singulari comitate coniungitur (cf. Cic. ep. ad Quint. fratr. I 1,8).

Porro, cum Xenophontem optimo iure Socratis personam neglexisse intellexerimus, quid mirum, quod disputandi Socraticam rationem, τέχνην μαιευτικήν, quae vocatur, non adhibuit[1]), sed rem statim ab initio propositam pluribus paucioribusve argumentis demonstrat. Nam formam dialogi, quam adhibuit Xenophon, ortam esse apparet ex personis, quos loquentes inducebat: quoniam vero Simonidem et Hieronem interlocutores fecerat, materiam dialogi oportebat dividi in duas partes, quarum altera tyranni malam condicionem describeret, altera quomodo condiciones tyranni meliores fieri possent edoceretur; atque partem priorem praecipue Hieroni, partem alteram Simonidi esse attribuendam, in rerum, ut ita dicam, natura positum erat. Iure Breitenbach Xenophontis in hoc libello colloquendi rationem Aristotelicam fere esse significat.

§ 5.

Iam, cum omnia ex proposito nostro illustraverimus, ad finem quaestionis pervenimus, qua aliquid ad auctoritatem Hieronis libelli tuendam me contulisse puto. Si respicimus, quae tractavimus, haec constituta esse videntur: vocum, particularum, praepositionum, pronominum usus a Xenophonte non abhorret; immo dicendi ratio et disputandi ars prorsus Xenophontea est; neque ea, quae in hoc libello tractantur, desiderantur in libris genuinis Xenophonteis. Cum vero tempus, quo libellus conscriptus esse videtur, optime ad Xenophontis vitam quadret, atque quo consilio Xenophon eum scripserit satis certo posset indagari, nulla subest causa, cur Xenophonti libellum abiudicemus.

---

[1]) cf. Sitzler p. 4 sq., qui, quod in hoc libello librorum genus, quod postea demum frequentem in usum venit, agnoscere sibi videtur, opusculum seriori aetati vindicat.

Paragraphorum dispertitio.

Vita.

Natus sum Carolus Watermann pridie Non. Iun. a. 1891 patre Antonio matre Therese e gente Fuehring † in urbe non longe ab Schleswig sita, cui nomen est Friedrichstadt. Matrem morte praematura mihi esse ereptam magnopere doleo. Fidei addictus sum catholicae. Primis litterarum elementis imbutus et primordiis liberalis scientiae initiatus vere a. 1904 in gymnasium regium Husumense receptus sum, tribus annis post gymnasium Novesii, in urbe Rhenana, frequentavi. Maturitatis testimonium vere a. 1910 adeptus, ut philologicis et historicis studiis me dederem, Monasterium me contuli, ubi, ut per duo semestria seminarii philologici sodalis essem, benigne mihi permiserunt Kroll, Muenscher, Sonnenburg, Wuensch.

Docuerunt me viri doctissimi Monasterienses: Braun, Cauer, Ehrenberg, Erler †, Geyser, Hielscher, Hoffmann, Jostes, Kahrstedt, Koepp, Kroll, Mausbach, Meinertz, Muenscher, Schwering, Seeck, Sonnenburg, Spannagel, Witte, Wuensch.

Magistris meis, imprimis Carolo Muenscher, qui summa erga me benignitate studiis meis favit, quantum debeam, nunquam obliviscar semperque gratiam habebo quam maximam.